








Annalar
Biørns a Skardsa.

SIVE

ANNALES BIÖRNONIS DE SKARDSA.

EX MANUSCRIPTIS INTER SE COLLATIS
CUM INTERPRETATIONE LATINA, VARIANTIBUS LECTIONIBUS, NOTIS, ET INDICE.

TOMUS I. 

EX TYPOGRAPHEO, QVOD HRAPPSEYÆ EST IN ISLANDIA, NOVO, IMPRIMENTE E. HOFF
MDCCLXXIV.

REGI.

Insignia & plane Regia, TUI, in Rempublicam literariam, amoris documenta aliis prædicanda relinqvo, qvi id dignius NominiqveTUO convenientius faciunt; vix enim spes est, ut frigida hæc terra, & ultima, ut olim credita est, Thule, Panegyristas producat tanto operi sufficientes, ideo præsertim, qvod majorem TUAM, TUIqve Clementissimi Patris beneficentiam & liberalitatem, qvam reliqvæ TUÆ dominationi subjectæ Terræ, experta est, non tantum in re litteraria, sed potissimum in re politica & æconomica, qvæ exemplo fere carens gratia, aut simili, aliis Regibus certe æmulationem si non invidiam parere posset.

Id nunc occasio monet, ut pro viribus celebremus laudes TUAS propter novam, qvam non solum passus es in Islandiam introduci, sed & Privilegio & Munificentia suffulsisti, Typographiam. Sicut enim Deus & Majores TUI, Reges Daniæ Gloriosissimi, antiqva illa Holana usi sunt Typographia, tanqvam efficacissimo medio religionis in hac

Terra

Terra reformatæ propagandæ & ſtabiliendæ; ita & hæc nova, Typographia, qvamvis nunc, ob defectum facultatum, adeo imbecilis, & ſicut fœtus immaturus animam agens, ſe TIBI devovet, ſi qvid, miſera, facere poſſet ad voluntatem TUAM de corrigendo Inſulæ hujus ſtatu politico & œconomico, promovendam.

Fretus TUA, Rex gratioſiſſime, clementia, primitias novæ hujus Typographiæ hummillime TIBI offero, Annales nempe ab anno 1400 ad annum 1645 huc uſqve ineditos, ſumma fide conſcriptos, & ideo præſertim commendabiles, qvia eos annos complectuntur, qvorum hiſtoria nulla antiqvitus ſcripta exſtat.

Permittas igitur, o! Rex, oro, opus hoc ad limina TUA deferri, & nomine Typographiæ opem TUAM implorare, ut, ſicut cæpiſti, ita pergas hanc fovere. Hoc ipſo Gloriam TUAM auges, & animos ſubditorum alacriores reddis ad TUI obſeqvium atqve amorem.

Deus

Deus Ter-Optimus Maximus TE nobis relisqve tuis ſubditis ſervet incolumem ad ſeriſſimos uſqve annos. Sic voveo

SACRÆ REGIÆ MAJESTATI TUÆ


Subjectiſſimus & devotiſſimus
Servus
MAGNUS KETILSON
Procurator Novæ Typographiæ.



NOVÆ TYPOGRAPHIÆ ISLANDICÆ PROMOTORIBUS MÆCENATIBUS AMPLISSIMIS ET GRATIOSISSIMIS,



ropoſui ut novi in Patria preli inſtaurator, Edicta conſtitutionesqve Regias qvam primum edere, idqve Dominis Subſcriptoribus me promiſiſſe probe memineram, ſed qvantacunqve uti volebam fide & diligentia nimis multa tamen deeſſe animadverti, qvorum per diverſos angulos diſperſorum latentiumqve conqviſitio, mihi ſane præſertim tam brevi temporis ſpatio, impoſſibilis. Opus igitur tam nobile intactum potius relinqvere conſultius viſum, qvam ut illud minus pro dignitate tractaretur, non ſine multorum juſta indignatione. Hac neceſſitate ab incepto deſiſtere coactus, Patriæqve ſimul hiſtoriæ utilitate ac jucunditate perpenſa, conſilium, ne Fautores omnino deciperentur amplexus ſum, opuſculum hocce ANNALES nempe beati BIÖRNONIS JONÆI Schardſaaenſis pedarii qvidem judicis illiterati [ut fama fert] ſed qvi dignus guſtu Muſarum fuiſſet edendi, multis qvidem



qvidem in Patria notos, peregrinis vero ut puto plerisqve ignotos, Verſione partim propria partim conductorum adjecta, qvæ etiamſi cum *Veſtrâ Eminentiâ* non coincidat, textui tamen & codicibus aliis doctis viris tritis, cum qvibus ſedulo iſte collatus eſt aliqvatenus reſpondere arbitror. In his autem recenſendis conferendis emendandisqve uſus ſum opera Doctiſſimi Domini GUNNERI PAULI filii, Dalenſium in Patria Eccleſiarum Præpoſiti qvi tamen qvæ hic præſtiterit prolixe prædicari non cupit ſagacioribus facile animadvertenda. Diſſentiunt ſane cum aliarum gentium hiſtoriis cujus diſcriminis recordari ingeniis altioris indaginis concedendum, fideliter vero ſi qvis nos impleviſſe officium dixerit contenti ſumus. Qvæ ex aliis inſerta ſunt, uncis incluſa, cum probi codices haberent relinqvere mihi qvodam modo religioni duxi, nec ingrata fore ſperavi, utpote ad hiſtoriæ illuſtrationem, facientia. Ad ultimum ſincere rogo ut ſi qvid vitii inconſulto irrepſerit hanc ob rem ne abſterreamini, affulgente enim occaſione ſub auſpicio futuri Directoris ejusdemqve docti aliqvod novi in utilitatem doctrinæ prelum producet.

VESTRÆ EMINENTIÆ

Scripſit Hrappsöæ
Die 25. Auguſti
1774

Humillimus Servus
OLAUS OLAVIUS.

Dominus Olavius eatenus onus ſuum ſuſtinuit, qvatenus Præfationem hanc ſcripſit; ſed reſpectu poſterioris Tomi rationem ex mea parte redditurus ſum operis & præter indicem aliqvas Genealogias additurus,
M. KETILSON.

Sagnaskrífarans
Formaale.

Hvad vorer Landsmenn og Forfedur í fyrre aulldum hafa ydner vered og ástundunarsamer saman ad henda tídende og tilburde, sem sked hafa ei alleinasta innanlands medal þeirra, helldur og utanlands um alla nordur-álfu heimsins, edur so langt um heiminn sem þeir hafa fared, edur fregnad fenged; þad votta þær bækur og skrædur, sem þeir skrád hafa, sem þó nú tekur ad siáz lítell ormull af á medal vor; þvíad þessar bækur inar gaumlu eru nú allar feigdar og fordiarfadar, so á þessum fám skrædum, sem epter eru, finnz hvorke upphaf ne ender*) og þetta samtak og skrif Íslendínga um historiur og Annála smíde hefur halldiz allt til þeirrar miklu plágu, sem geck um aull Nordur-laund, og eirneg her á Íslande Anno 1350; og þad sez í skrife þeirra hinna Norsku, ad uppfrá því siáz ecke hiá þeim neitt serlegt samanteked, enn þó sez her á Íslande nockud til annála-smídis nær til þess ártals. 1400 kemur her á landid furdanleg plága og miked mann-hrun, so úr því siáz hvorke sagnadiktaner ne setníngur Annála, so fyrer mig hafe bored, og hafa þá fráfalled þeir fródu menn er slíkt hafa fyrer sig lagt, enn adrer þadan í frá eige uppteked. Þessa frædemeñ kúnnum ver nockra ad nefna, er samantóku tídende og tilburde her í lande og annarstadar; fyrst þeir er í aundverdu landnámin samanskrifudu, sem voru Kolskeggur hinn vitre um avstur-og sudur-

*] Endíng.

Præfatio
Authoris.

Plurimam sanè prioribus seculis curam & industriam impenderunt populares majoresqve nostri colligendis relationibus rebusqve memoriâ dignis non ex ipsa tantum patriâ, sed totô qvoqve septentrionê, vel tanta orbis terrarum partê, qvantam propriæ peregrinationes vel pervolans fama ipsorum vindicarunt cognitioni; id qvod libri & monumenta ab ipsis conscripta testantur, qvorum tamen hodiè rudera nobis supersunt admodum exigua; siqvidem tantæ vetustatis libri putredine adeò sunt corrupti, ut pauca ista, qvæ remanent, exemplaria initiò & finê destituantur. Duravit autem ista historias & annales conscribendi Islandorum consvetudo usqve ad sævissimam, qvæ in universum septentrionem, & qvidem in Islandiam Ao. 1350, grassata est, pestem. Norvegorum etiam testantur monumenta, nihil inter eos notabile postea conscriptum videri; attamen nonnulla annalium vestigia in Islandia ad annum ferè millesimum qvadringentesimum inveniuntur, qvô annô dira oborta est contagio multorumqve hominum necê famosa, qvæ historiarum annaliumqe cursum, qvoad mihi innotuit, omnino interrupit, vastæ cognitionis viros, qvi hujusmodi lucubrationibus invigilaverunt, èmediô tollendo, superstitibus opus intactum relinqventibus.

landid, enn **Are** prestur **Þorgilsson** hinn fróde fyrer nordan og vestan landid, og hvad greinelega þeir þad giort hafa, má lesa í Landnáma-bókunum.

Þessu jafnframt er og sá vellærde mann **Sæmundur** prestur **Sigfusson** hinn fróde, er miked dictade historiur og Annála-skrif, og hanns Ættmenn Oddveriar heldu því og lenge, og kaullum ver þad Odda Annál, er **Sæmundur** byriade, og epter hann adrer vidjuku. **Are** hinn fróde hafde og Annála skrif og hanns epterkómendur, og þad kaullum ver Flateýar Annál, enn þesser hverutveggiu endaz sem ádur sagde. Seinna á tímunum komu þeir miklu frædemenn, **Snorre** lögmadur **Sturluson** og **Styrmer** prestur hinn fróde, þeir skrifa sídan tídende og tilburde, so utanlands sem innan, og um þann tíma og nockru sídar er sá vitre madur **Sturla** lögmadur **Þordarson**, er þá miklu Islendínga sauguna framsette um **Sturlunga, Oddveria**, og **Havkdælinga**. Þesser menn hafa og diktad saugur um þá Norsku og Daunsku Kónga, sem nóglega sez. Her hafa og vered þeir vellærdu Múnkar, sem þessum diktunum hafa og framhalldid, serdeiles þeir tveir á Nordur-landinu, sem voru á Þíngeýrum, **Gunnlaugur** og **Oddur**, sem maurgum bókum hafa snúed úr ymsum túngumálum á Norrænu, og so saugurnar diktad; Her á lande hafa og adrer fræde-menn vered sem voru **Þoroddur** Rúna-meistare og **Stiaurnu Odde**, einneg Hr. **Havkur** lögmadur, sem Havksbókina let skrifa. Þessum fræde-maunnum jafnframt hafa og fródleikinn stundad biskuparner her á Islande, bæde diktad og láted dikta saugurnar, og snúed á vort mál audrum bókum, í Skálhollte þeir fedgar **Isleifur** og **Gyssur** og so adrer fleire, sem þá sídar **Jon** biskup **Holldorsson**, einneg á Hólum finz helldstur af þeim **Brandur** biskup hinn fyrre **Sæmundsson**, hvor saman let skrifa

Novimus certe iſtorum polyhiſtorum aliqvot recenſere nomina, rerum tam indigenarum qvam exterarum monumentis ipſorum operâ elaboratis conſpicua: In ipſo igitur limine veniunt enumerandi, qvi primam patriæ noſtræ occupationem deſcripſerunt, *Kolſkeggus* ſcilicet ſapiens *Arusqve Thorgilli filius* ſacerdos ille multiſcius; ille auſtralis & orientalis, hic borealis & occidentalis Islandiæ aborigines memoriæ prodidit, tantâ eqvidem, qvanta, ex iſtis hiſtoriis elucet, perſpicuitatê. Parî cum his paſſû *Sæmundus Sigfusſonius* ambulat Sacerdos, cui ſpectata eruditio nomen fecit polyhiſtoris, diligenti hiſtoriarum annaliumqve auctori. Inchoatum etiam ab ipſo laborem poſteri ſui, prædü *Oddenſis* incolæ, longo poſt eum tempore continuarunt, unde iſthoc opus annales *Oddenſes* vocamus. *Arus* qvoqve polyhiſtor annalibus conſcribendis operam dedit, qvi a poſteritate ſimiliter adaucti Flateyenſium nomine vulgò inſigniuntur. Utrumqve tamen opus terminum ante memoratum non excedunt. Poſtera inſuper ætas viros produxit hiſtoriarum cognitione celebres; *Snorronem Sturlæum* nomophylacem, *Styrmeremqve* paſtorem multiſcium, qvi res tam patriæ qvam exterarum gentium memorabiles litteris demandarunt. His coætaneus & aliqvantulum ſuperſtes ingens illud hiſtoriæ islandicæ volumen de *Sturlungis*, *Oddenſibus* & *Hökdælis* conſcripſit vir eximiæ ſapientiæ *Sturla* nomophylax *Theodoræus*. Debere nos etiam his, qvos memoravimus, viris Daniæ & Norvegiæ regum hiſtorias ſatis agnoſcimus. Habuit præterea Islandia inſignis doctrinæ monachos, hujus modi ſtudio deditos, præſertim in parte boreali duos, *Gunlogum* nempe & *Ottonem* Thingeyrenſes, qvi complures libros in idioma Islandicum verterunt, ſcribendis hiſtoriis

margt og miked þad sem her á lande hafde til tídenda falled, og þessa sagnamenn vil eg nú ei fleire greina, þó nefna kunne.

Nú fyrer þad sem ádur áveik, ad þær frædebækur sem þessar menn hafa samanteked um Ísland og tilburde her, eru nú forrotnadar ad mesta parte, þá hefur þeim heidarlega Hr. biskupe **Þorlake Skulasyne** ósæmelegt sýnz sem og óviturlegt, ad affelle so ad eingenn sæe edur visse epter oß, hvonneg í landinu tilgenged hefur, hvorier því hafe stiórnad, hvenær þad kom under útlenda herra, Staderner under kennevalldid, og annad fleira slíkt, og hefur því látid uppteikna og samanskrifa þad sem nádz hefur, fyrst þann fróda landnám og sídan þá miklu Íslendínga saugu, í hvorre margt má um slíkt greinelega siá. Því hvor skal segia vorum epterkomendum frá slíku, ef eingenn helldur því uppe?

Einneg hefur sá loflege biskup **Þorlakur** gyrnz ad siá og vita hvad finnaz edur fáz mætte samanteked ad í landinu hefde vidbored, sídan Annála-skrif þeirra fyrre manna þravt og endade frá Anno Christi 1400, og hefur óskad af mer, þad líted eg kynne hafa og vita herum samantaka, hvad mín skylda fullkomenn var, þeim virduglega herra herum gegna, og hefe sýnt vilia minn, þó þetta se fátt og enn midur af stad komed, kýs hanns Umbót og Umlídíng vid mig herum. Hefur sú mikla plága sem eg nefnde fleira fyrer oß Íslendíngum ofgad enn Annála-skrifid, sem er skipa gáng frá landinu af landsmannnum her sem allshendis hafa framfared af landinu á sinum skipum, utan þad sem vered hafa nockrer nidiar Vatnsfiardar **Biarnar Jorsalafara Einarssonar**, og **Torfe Arason** so lenge hann var hyrdstiore her á lande, edur þad sem

itidem operam dantes. Nec defuere noſtrates præter hos etiam alii liberalium artium probè gnari, qvales fuerunt *Thoroddus Runarum* magiſter, & *Oddius*, *Stiörnu Odde* (forſan ob ſtudium Aſtronomiæ] appellatus; adde dominum *Hökum* nomophylacem qvi librum vulgò *Hóks-bôk* ſcribendum curavit.

His litterarum ſtudiô æqvales, epiſcopi Islandici hiſtorias tam propriâ qvam alienâ, ipſis auſpicibus, operâ conſcriptas, librosqve in noſtrum verſos idioma poſteritati reliqverunt, ê Skalholtenſibus nempe *Isleifus* & ejus filius *Giſſur;* hisqve ætate poſterior *Jonas Haltorius*, ex Holanis autem imprimis *Brandus*, eo nomine prior *Sæmundi* filius, qvi multas majoris momenti res qvæ in Islandia contigerunt, memoriæ fecit conſignari; Plures talium hiſtoricorum, nomina, qvantumvis nota heic enumerare ſuperſedemus. Siqvidem vero iſtæ de Islandia rebusqve ibidem geſtis hiſtoriæ ſitu & putredine maxima ex parte ſunt conſumtæ, indignum ratus eſt & ſapientiæ minus conveniens epiſcopus venerabilis dominus *Thorlacus Skulonius*, ſi incuria noſtra omnem poſteritati præcluderet anſam res patriæ priſtinas cognoſcendi; qvibus paruerit dominis, exteris qvando ſubjecta, beneficia (ɔ: prædia aliaqve bona templis dicata) qvando in clericorum devenerint poteſtatem, & idgenus plura; unde laudati epiſcopi cura auſpicioqve obvia qvæcunqve collecta ſunt; primò qvidem inſigne monumentum Landnama, & deinceps magna illa Islandorum Hiſtoria, qvæ multa ejusmodi luculenter exponit; qvis enim hæc poſteritati referet, nemine ea memoriæ conſecrante? Tenuit inſuper laudatum epiſcopum *Thorlacum* ea, qvæ de rebus Islandicis poſtannum 1400um, antiqvorum annalium terminum, fortè ſcripta inveniantur, cognoſcendi deſiderium, unde meam exoptavit opellam, ut qvantillum mihi hâc dé rê innotuerit, conſcriberem; compulſus igitur debitâ erga virum venerabilem obſervantia pronisſimum obſeqvendi ani-

biskupsstólarner hvor um sig hafa hafskip átt, því þesser marg-
er hvorier biskupar hafa útlendsker vered, og af þessum tilfellum
hefur landinu allt apturfared, þó nú um stund yfertake, og
hvonneg nú er þrehngst þiakad ad þessu lande má drottinn vor
náda, hvad mer er vandt um ad skrifa, og þeir meiga giora
sem betur kunna, ad hvorra ordum meir rídur; veldur og í
maurgu hvoriu her innanlands vanfylge vort siálfra og sam-
helldisleyse, enn þad siáum ver Islendíngar ad samhellde hafa
þeir útlendsku menn (um kaupskápinn ad tala) í móte oß, so all-
drei ser hvar þad vill lenda fyrer oß er slíkt á adra sídu adsæk-
er, enn á adra ó-ára-hrun. Genged er nú þad sem seg í
Annálum her, þá Islendíngar laugdu siálfer verd á varníng
kaupmanna; so sem giørde **Sæmundur Jonson** í Odda,
og **Þorvalldur Gissurarson**, einneg sem stendur í gaum-
lum laugum her í lande, ad menn skyldu ei kaupa dýrar avst-
rænann varníng ad skipum ad kaupmaunnum, enn þeir menn
rádleggia þrír, er til væru tekner í hvoriu herads takmarke;
Takmark er frá Lánganese og til Lónsheidar, frá Lónsheide til
Arnarstacksheidar [aull þesse takmaurk voru nidurskaumtud í
kríngum Island] þeir skyldu leggia lag á Miol og lereft, vid
og vax og tiauru, enn þar skulu liggia vid XII merkur vad-
mála, ef menn kaupa dýrar enn lag er álagt.

Hvad er nú um slíkt ad ræda? ráda nú ei adrer alen,
vigt, mæler, vauru sinne og vorre? enn ver erum innebyrgder
so sem fé í siáfar hólmum, og eige so mikell skipagángur af
landinu, ad gete kannad ef har þær til matfánga er kríngum
landid liggia, þeß sidur komiz til annara þiódlanda, ser næríng-
ar leita.

mum prodidi, præstita, utpote pauca & pingvi minerva facta, ipsius humanitati & correctioni commendans. Neqve sola est annalium interruptio, qvâ rebus Islandicis infesta fuit sævissima, qvam memoravimus contagio, sed ejus qvoqve vestigia agnoscimus in navigationis, nostratibus, dum propriis invecti navibus exteras petiverunt regiones, eo usqve familiaris interitu totali, si excipias nonnullos ex *Biörnonis Enarii*, qvi Vàtnsfiordi degebat, Hierosolymipetæ posteris, *Torfonemqve Ari* filium dum præfecti fungebatur officio, & utriusqve diæceseos episcopos, utpote plerumqve alienigenas navibus trajectui ad terras exteras aptis tantum potitos. Casibus istiusmodi patria nostra ad deciduum, qvô cum hodiè maximè confligatur, statum est devoluta, ita ut durissimam qva jam utrinqve urgemur, afflictionem removere, divinæ tantum sit misericordiæ. Sed hæc, tanqvam meo difficillima calamo, magis peritis, & qvorum plus valuerint verba, scribenda relinqvo. Nec parum ad rerum nostrarum ruinam propria facit animorum disjunctio, cum tamen exteros (de commerciô mihi sermo) viribus animisqve conjunctis nobis adversari experiamur; nec certum adhuc, qvorsum isthæc evadent, hac istis, qvæ diximus, malis, illac vero cœli inclementia & fortunarum dilapsu urgentibus. Dolemus jam annalibus qvondam celebratam Islandorum libertatem mercibus peregrè advectis pretium pro arbitrio statuendi, qva usi sunt *Sæmundus Jonæus Oddensis* & *Thorvaldus Gissuris* filius; dolemus legum antiqvarum abrogationem, qvibus cautum fuit ne merces orientales pluris emerentur in ipso portu qvam tres æstimassent viri intra singulorum tractuum terminos electi: Ejusmodi terminus unus est inter *Langanes* & montem *Lonsheide* vulgo appellatum ubi mox alter hunc excipit ad *Arnar-*

Þetta mitt epterfylgiande Annála=skrif bid eg Minn fróma herra biskupinn ad lagfæra og leidretta, enn virdiz maunnum sem sjá kunna, eg ofhermt hafe um nockra hlute her inne, vilde eg ei af tilsettu ráde giort hafa, og þigg þá þad ad vita, so eg sýne eda sege hvad eg fyrer mer hefe, á medan til endiz. Befalande nú minn herra biskupinn ehrugofugann yfermann Hr. Þorlák Skulason eylífum Gude til allrar Umhyggiu.

á Skardsá
þañ 29 Aprilis.

[underskrifad Nafn]
Biorn Jonsson.

flachsheide usqve Se extendens [Sic tota insula in certas partes distingvebatur]. his demandatum fuit negotium, certum frumento, linteo, lignis, ceræqve & pici pretium statuendi, irrogatâ ementibus, si lex præscripta excederetur, duodecim marcharum, *] sive 230 ulnarum octoqve pollicum panni Islandici mulctâ. Sed horum recordari qvid proderit? nonne ex alieno, arbitrio mensuræ & pondera, nostræqve & alienæ merces dependent, nobis ipsis ad modum pecudis rupibus & mari undiqve circumdatæ adeò inclusis, ut præ navigationis defectu insularum patriæ adjacentium, nedum exterarum regionum, accessu qværendi victus causa, prohibeamur. His proœmii loco dictis, seqventes annales domini episcopi candori humillimê committo corrigendos: Siqvid autem in hoc opusculo veritati dissonum oculatioribus videatur, caveant ex consulto factum credant, de qvo admoneri optarem, ut fontem, unde ista hauserim, donec superstum, detegere possim. Celeberrimum Dominum episcopum *Thorlacum Schulonium* æterni numinis curæ & protectioni commendo.

Skarsâ
die 29 Aprilis.

Subscripto nomine
BIÖRNUS JONÆUS.

*) Morê hodierno una marcha argenti ejusdem valoris est ac XIX ulnæ & qvatuor pollices panni Islandici, qvô fundamento nititur hæc calculatio.

Anno Domini 1400 var Eyríkur af Pomeren kóngur yfer Noregs ríke, og hafde þó drottning Margret Valldemarsdótter nærsta yferráð sem sat þá í Danmaurk; því hún hafde erft Norvegs vellde epter son siñ Olaf, er dó 17 vetra enn hann erfde epter faudur siñ, mann Margretar Hákon kóng. Hún hafde þá og unned Svía ríke, og stiórnade því þá; enn 1397 tók hún hann fyrst til ríkesstiórnar med ser. Anno 1400 var Petur biskup á Hólum, fimtánde þar; enn Vilchin edur Vilhiálmur hinn danske ad Skálhollte nítiánde þar.

Anno 1401 *) hófst mikel plága á Íslande og stód yfer til 1402, so þó 15 være med einum til graftar, komu ei heimnema fiórer, þá var heited maurgum faustum, og psaltara, talna saungum, Mariu gaungum, og ad gefa halfvætt silfurs til Hóla, til ad búa Gudmundar skrín hins góda.

Anno 1403 tók Askell erkebiskups tign í Nidaróse tuttagaste þar, enn Winolt deyde áre fyrre erkebiskup.

*] Annad exemplar tilskrifar þessa plágu árinu 1403 og mun vera eiga Svarti dauđe er geck þetta ár og tvø eptersylgiande her á lande.

Anno Domini 1400 rerum Norvegicarum potitus eſt *Ericus Pomeranus*, *Margreta Valdemari* filia, qvæ ſedem in Dania tum temporis habuit, ſummam ſimul imperii tenente. Hæc filio *Olao* ſucceſſerat regnatrix, qvi regno poſt patrem *Haqvinum Margretæ* maritum hæreditate accepto anno ætatis 17mo morte præreptus valedixit. Sveciam qvoqve ſibi ſubactam id temporis gubernavit *Margreta*, ſed *Ericum Pomeranum* Anno 1397 imperii primo conſortem reddidit. Anno 1400 præfuit diæceſi Holanæ epiſcopus decimus qvintus nomine *Petrus*; Schalholtenſi autem 19us *Vilchinus* ſive *Vilhelmus* natione Danus.

Anno 1401*) orta eſt in Islandia peſtis, qvæ ad ſeqventem annum duravit, adeò perniciosa, ut, ſi qvindecim viri ducendi funeris cauſa domi iiſſent, qvatuor tantum redirent. Pro mali iſtius remotione vota igitur ſunt freqventia jejunia cantus pſalterii cæterorumqve, qvæ ritu pontificiorum adhibitis globulis ſolebant recitari, ſacrorum; proceſſiones in honorem Mariæ virginis faciendæ, argentiqve qvadraginta pondo æqvivalentis donatio ad exornandum, qvod Holis erat, *Gudmundi* probi ſcrinium.

Anno 1403 *Aſchillus* ad dignitatem archiepiſcopalem evectus eſt, Nidaroſenſium viceſimus cujus anteceſſor *Winoldus* ſuperiore anno deceſſerat.

*] Alter codex hanc peſtem ad annum 1402 refert, qvâ forte denotatur Contagio Sive mors atra vulgo *Svarti daudi* qvæ hoc anno & duobus ſeqventibus per regionem graſſata eſt.

Anno 1404 dó Bonifacius hinn nýunde med því nafne; ríkte 15 ár.

Anno 1405 kom út Norskur ad ætt Vigfús hyrdstióre og Gudridúr kona hans, bæde 15 vetra.

Anno 1406 dó Innocentius Páve 7de; ríkte 2 ár.

Anno 1407 vard Gregorius tólfte páve 2 ár. 7 mánude.

Anno 1409 þegar Margret dótter Valdemars kóngs, enn eckia Hákonar kóngs miste sinn son Olaf, þá gaf hún Slesvík hertugadóm til Gerhardum af Holsten, enn dótter Gerhardi færde þad til Theodoricum af Oldenborg á þessu áre 1408, enn hanns sonur Christian eignadiz þad sem átte eckiu Christophori kóngs af Danmaurk, því hann eignadiz þad epter sinn faudur Theodoricum, og so er Danmaurk komenn under greifann af Oldenborg; enn þesse kóng Christian samblandade ríkiunum Danmaurk og Norege; af hanns ætt eru vorer losleger danskar kóngar komner.

Anno 1409.

Anno 1410 Ruphertus phalsgreife til Rýn, 34de þýdskur keisare, stiórnade 10 ár; Alexander páve 5te var 10 mánude.

Anno 1411 Johannes páve 23ie 5 ár.

Anno 1412 dó drottning Margret, 27da Octobris á skipe; rede Danmaurk og Norege 37 ár, enn Svía-rike 24 ár.

Anno 1413 sátu ad Vatnsfyrde *) Þorleifur hinn ríke Arnason og hustrú Christín Biornsdótter; þeirra son var

*) þenna vetur.

Anno 1404 obüt *Bonifacius* nonus, qvi per 15 annos fuerat papa.

Anno 1405 venit in Islandiam præfectus *Vigfusus Ivaris* filius natione Norvegus, cum uxore *Gudridâ;* qvorum uterqve 15 annos nati fuère.

Anno 1406 obiit *Innocentius* papa 7us qvi biennium regnaverat.

Anno 1407 defuncto fucceffit *Gregorius* 12us, per biennium & feptem menfes papa.

Anno 1408 *Margreta Valdemari* filia *Haqvini* vidua, defuncto filio *Olao*, ducatum Slefvicenfem *Gerhardo* Holfato dederat, eundem autem *Gerhardi* filia ad *Theodoricum* Oldenburgenfem hoc anno tranftulit; tandem ad filium ejus *Chriftianum*, qvi *Chriftophori* Daniæ regis viduam in matrimonio habuit, idem ducatus jure hæreditario pervenit, qvo pacto Dania comitis Oldenburgici poteftati eft fubdita. Hic autem *Chriftianus* utrumqve regnum Daniæ & Norvegiæ in unum redegit, cui fereniffimi Daniæ reges originem debent.

Anno 1409.

Anno 1410 *Rupbertus* Palatinus Rhenanus, imperatorum germanicorum 34us, decem annos regnavit *Alexander* per decem tantum menfes papatu functus eft.

Anno 1411 *Johannes* per qvinqvennium fuit papa

Anno 1412 Regina *Margreta* 27mo Octobris in navi deceffit, poftqvam ad gubernacula Daniæ & Norvegiæ 37, Veciæ autem 24 annos federat.

Anno 1413 federunt Vatnsfiordi* *Thorlevus Arnæ* filius cognomine opulentus ejusqve uxor *Chriftina Biörni* filia, qvorum

*] Per hanc hyemem.

Biorn er átte Olufu Loptsdóttur hins ríka. Þeirra baurn Þorleifur, Arne, Einar, Solveig. Arne fell í stríde fyrer Búnkaberge í Svía ríke og átte eiginn baurn var med Dana kónge. Biorn Þorleifsson andadiz 1467, því þá kallar hustrú Oluf menn til ad skipta gótsinu medal sín og sona sinna og dóttur, hún tók helmíng móts vid baurn sín, sosem þad skipta bref tilvísar, ad skipt hafe vered í Vatnsfyrde mánudaginn fyrstann í Vetre. Stórmiked jardagóts og fríder peníngar voru þar epter látner. Þesse Biorn var vegenn í Rife af engelskum; hefnde Oluf hustrú sídar og let drepa marga engelska.

[Anno 1415 voru í Róm 3 pávar under eins, Gregorius, Johannes og Benedictus, þeir aller afsetter. Ehríkur kóngur gaf út eitt bref sem styrkia skylde fríheit og myndugleika Hóla dómkyrkiu. M. J. S.]

Anno 1416 in concilio Constantiensi var sú misbrúkun ásamt audrum svívirdelegum lærdóme pávadómsins logtekenn, ad gefa leykmaunnum ei nema adra myndina, sem er bravdid í kvoldmáltídinne.

Anno 1417 ríker Arne *) biskup hinn 3ie þess nafns í Skálhollte, og er umbodsmadur Hóla kyrkiu stigtes; sat hann ad Hólum. Gudrun Jorundardótter gefur haunum Vallhollt í próventu ásamt audru fe.

Anno 1418 Martinus hinn 5te er páve í Róm ríkte 13 ár.

Anno 1419.

Anno 1420 andadiz biskup Arne Olafsson hinn milde svikenn í Norege af hofmaunnum kóngsins fyrer ofundarsaker, hefur þad vered Ehríkur af Pomeren. Arne biskup rede

*) Arne hinn millde 20 biskup í Skálhollte.

filius fuit Biörnus Olufæ Loptidis opulentæ maritus, ex qva qvatuor procreavit liberos, Thorlevum nempe, Arnam, Enarem & Solvegam; Arnas regi Daniæ militans, Bùnkabergi Svecorum prælio improlis occubuit. Biörnum autem Thorlevium annò 1467 obüsse exinde constat, qvod Olufa nobilis ipsius vidua partitores, qvi bona inter se & liberos dividerent, hoc anno acciverit; ipsi autem pars summæ dimidia, reliqva vero liberis obtigit, uti libellus partitionem istam Vatnsfiordi die lunæ semestris hyemalis primâ factam compræhendens testatur; relictæ ibidem fuerunt copiosæ tam fundi qvam pecudis possessiones. Biörnus autem iste in loco piscatorio, vulgo Rif ab Anglis fuit interemtus, in cujus ultionem Olufa Anglos complures occidi curavit.

[Anno 1415 tres Papæ Romæ simul fuerunt, Gregorius, Johannes & Benedictus, omnes a dignitate papali remoti. Rex Ericus privilegia & auctoritatem templi cathedralis Holani edito diplomate confirmavit. M. J.]

Anno 1416 In Concilio Constantiensi inter alia abominanda Pontificiorum dogmata decretum est, ne Laicis nisi altera cænæ dominicæ species, nimirum panis exhiberetur.

Anno 1417 præfuit episcopatui Skalholtensi Arnas *) eô nominê 3ius, Holani insimul, ubi sedem habuit, vicarius administrator. Ipsi Gudruna Jörundi filia villam Vallholt aliaqve bona, pro suä, dum in vivis esset, sustentationé donavit.

Ao. 1418 Papa Martinus 5tus Romæ per 13 annos regnavit.

Anno 1419.

Anno 1420 episcopus Arnas Olavius cognomine mansvetus Erici Pomerani aulicorum insidiis invidiose in Norvegia occubuit, cum diæceseos Skalholtensis episcopus, Holanæ-

C

*] Arnas Clemens episcoporum Skalholtensium vicesimus.

Skálholte, var Umbodsmadur og Visitator Hólakyrkiu, og hyrdstióre yfer allt Ísland. Hann reid á dege frá Skálholte epter formessu enn kom til Hóla þá hríngt var til Salve um kvollded.

Anno 1421 Rupertus 34 þýdskur keisare deyde til Heidelberg, hanns son eirn var Christophorus kóngur í Danmaurk. [Grímur Jónsson logmadur O. E. S.]

Anno 1422 selde Þorleifur Arnason med samþykke sinnar kvinnu Christínar Biornsdóttur Asgeire Arnasyne Hvam̄ í Hvam̄s-Sveit, og fleire jarder þar nærverande fyrer *) Hóla, Audkúlu í Svínadal, og fleire jarder þar í nánd. Samþykte Gudfinna Þorgrímsdótter kona Asgeirs sáuln bónda síns.

Anno 1423 Baltázar hyrdstióre á Íslande: brann kyrkiann og klaustrid á Múnkaþverá og þar inne 2 prestar.

Anno 1424 Syster Þórun Ormsdótter**) Priórissa var á Stad í Reyneneſe, bygde Hof á Skagastraund fyrer 16 vætter skreidar.

[Anno 1425 var Jón Vilhiálmsson engelskur ad ætt biskup ad Hólum. M. J. S.]

Anno 1426.

Anno 1427 Rafn Gudmundsson logmadur fyrer Nordan, bió á Skridu í Reykiadal.

[Anno 1428 Einar Þórleifsson hyrdstióre á Íslande. M. J. S.]

*] Hálfa Audkúlu. **) Abbadís.

qve vicarius & visitator, nec non totius Islandiæ præfectus fuisset. Ipse Skalholtiâ post cantum matutinum profectus vocantibus ad cantum vespertinum campanis Holos eqvitando pervenit.

Anno 1421 obüt Heidelbergæ Rupectus imperator Germaniæ 31us. Ejus filius fuit Christophorus rex Daniæ. [Grimus Jonæ fuit Nomophylax O. E.]

Anno 1422 Thorlevus Arnæus consentiente uxore Christina Biörni filia cum Asgero Arnæo prædia prædiis mutavit, Hvam nempe in tribu Hvamsveit situm pluraqve adjacentia,*) Holis, Odkulâ Svinadalensi pluribusqve, qvæ in vicinia fuerunt, villis, qvarum alienationem uxor Asgeri, Gudruna Thorgrimi filia comprobavit.

Anno 1423 præfectus Islandiæ fuit Balthazar. Templum cæteræqve cænobii Munkathveraensis ædes, unacum duobus sacerdotibus incendio sunt absumtæ.

Anno 1424 Cænobii Reynestadensis antistita fuit Thorunna Ormi filia, qvæ prædium Hof in Ora Skagaströnd eâ lege locavit, ut ipsi â conducente Sedecim vættæ, ɔ: toties, octoginta piscium arefactorum pondo, solverentur.

[Anno 1425 diæcesi Holanæ præfuit episcopus Jonas Vilhelmi filius, natione Anglus. M. J.]

Anno 1426.

Anno 1427 nomophylacis officio in boreali Islandia functus est Rafnus Gudmundi filius, qvi Skridæ in Reykiadal habitavit.

[Anno 1428 præfectus Islandiæ fuit Einar Thorlevi filius M. J.]

*] Dimidia Audkulâ.

Anno 1429 ríker biſkup Jón Vilhiálmsſon ad Hólum. Aſbiørn ábóte ad Þíngeÿrum. Velter biſkup Jón Lopte b. Gutthormsſyne ſtadinn *) Sandnes um 3 ár. hann veiter og Lavfás Helga Biarnaſyne fyrer bón Lopts bónda og hans huſtrúr. item gefur biſkup Jón qvíttunarbref Sr. Jóne Pálsſyne, er rádsmadur hafde vered kyrkiunnar ad Hólum, um alla penínga medferd í fauſtu og lavſu, hvor innann ſkams verdur hans óvin. Þennañ Jón biſkup ſkrifa ſumer engelſkann vered hafa. Þá var Vigfús Ivarſon hyrdſtióre. Hanns huſtrú het Gudrídur.

Anno 1430 geck bólann mikla. Lýſer Jón biſkup Vilhiálmsſon því í kyrkiunne á Hólum, ad Sr. Jón Pálsſon vilie ei koma á ſinn fund epter ſinne bodan, og hlýdnaz vid ſig fyrer þad brot og hugmód er hann hafe í falled ad hann hafde komed á preſtaſtefnu til biſkupſins med ſitt fólk XXX manna med alvæpne panſurum, járn-hauttum, forſtálum, armbrýſtum og ſverdum, uppdregnum hardneſkium, ſem einn ſtrídsmann haunum til mótþróa, og gefur biſkup haunum þá viku freſt til fundar vid ſig, enn kome hann þá ei, ſkule hann bannfæraz óefanlega. Sídar á ſama áre ſkipar biſkup Jón. Sr. Þorkele Gudbiartsſyne (ſem hann hafde þá veitt ſtadinn Greniaſtad enn tók af Sr. Jóne Pálsſyne) ad ſer ad taka 3 jarder, ánefndar nordur þar, og adra penínga Sr. Jóns, þartil ſtadurinn hefde fullt, epter því ſem Sr. Þorkell klagade ad Greniaſtad vantade; þarad avke takiz adrar egner Sr. Jóns hvar ſem þær nædiz, því hann være nú bannfærdur; ſídan borgar nú Sr. Jón nockru biſkupe Jóne. Item gefur biſkup Jón Benedict

*) Savdanes.

Anno 1429 Sedit Holis episcopus Jonas Vilhelminus. Antistes Cænobii Thingörensis fuit Asbiörnus. Episcopus Jonas Lopto Gutthormio Beneficium *] Sandnes per triennium administrandum itidemqve beneficium Löfas Helgoni Biarni filio oratu ejusdem Lopti & uxoris ejus credidit. Præterea idem episcopus dominum Jonam Paulinum, qvi templi Holani dispensator fuerat, ab isto munere dimisit, pro rerum concreditarum, tam fundi qvam mobilium administratione sat acceptum testatus; inter qvos tamen paulo post oborta est inimicitia. Sunt, qvi hunc episcopum Jonam Anglum fuisse tradunt. Hoc tempore præfectus Islandiæ fuit Vigfusus Ivarius cujus uxor nomine fuit Gudrida.

Anno 1430 sævus variolorum morbus grassatus est. Episcopus Jonas Vilhelmi filius in templo Holensi notum fecit, dominum Jonam Paulinum morem mandato suo non gerere, ubi eum, ut se sibi sisteret, jusserit, ad expiandum qvô se offendisset, delictum, qvod in synodum, cui ipse episcopus interfuisset, cum triginta virorum manu, loricis, galeis, catapultis, gladiis cæterisqve id genus armis instructâ militis instar in sui offensam venisset: qvamobrem, ni post unius hebdomadis spatium se conveniret, excommunicationem ipsi minatus minimè effugiendam. Postea eodem anno domino Thorchillo Gudbiarti filio, [qvem benificio Greniastadensi, remotô dominô Paulinô, præfecerat] in mandatis dedit, ut tria, qvæ nominatim indicavit, vicina prædia, aliasqve pastoris inimici pecunias in suam assumeret potestatem, qvò usqve Beneficio Greniastadensi pro defectu, de qvo conqvestus fuerat Gudbiartinus, esset satisfactum. Eidem etiam sorti cætera, ubicunqve fuerint inventa, Jonæ Paulini bona adjudi-

*] Saudanes.

Jónsson qvíttañ fyrer IX marka sekt, og þad brot, er hann hafde ófyrersyniu í þad mannslag ratad, vorded ad skada Þórde Gíslasyne, epter því sem gamall rettur skipar um þvílíkt mál. Item veiter Jón biskup Sr. Jóne Biarnasyne stadinn á Modruvaullum í Horgárdal med aullum eignum frídum og ófrídum, faustum og lausum um nærstu 3 ár. eiga alla ávexte og landskylder, einneg qvígilda leigur. Biskup Jón fær Jóne preste Biarnarsyne hálfann hvalreka, ef reka kynne; geima hinn helmíng kyrkiuñe ad Hólum til þarfa; enn vidarreke skylde falla stadnum Modruvaullum, kyrkiunne og jordunum til *] uppbyggíngar; sækia og sekta hvorn um sig ef tilynne til fulls reikníngskapar, utan Sr. Jón Pálsson, hann skylde under siálfs biskups nád.

Skylde Jón Biarnason leggia í leigu árlega X kúgillde, fæda prest og diákna. Item fæda og klæda 2 brædur, klaustrinu vidhiálpa. Á sama áre úrskurdar Are prestur Þorbiarnarson Officialis á mille þeirra Jóns biskups og Finnboga Jónssonar í Áse í Kelduhverfe um biskups reid og kostnad í Gistíngar þar í Áse. **] [Jón Gerechsson svenskur ad ætt settur til biskups í Skálholte, hann hafde 30 Irska sveina miog ómilda, so siálfur biskup rede litlu edur ongvu vid þá og giordu þeir maurgum óskunda].

*) Uppheldis.

**) Innfært af M. J. S. vid Annum 1422, enn af Sr. J. Halldórssyne vísad til 1430 epter N. Annál.

cavit, siqvidem excommunicatione jam esset damnatus. Postea Paulinus aliqvam debiti partem præstitit. Idem qvoqve episcopus Jonas, Benedictum Jonæ filium novem marcharum mulctâ, commissâqve ex improviso Theodori Gislavii cæde, ad juris antiqvi de hujus modi delictis præscriptum absolvit. Credidit insuper ad triennium pastori Jonæ Biarni filio cænobium Módruvallense in Hörgardal cum omnibus ad idem pertinentibus tam animatis qvam inanimatis, fundoqve & mobilibus, concessâ ipsi liberâ in universam prædiorum, pecudisqve cum iis locatæ usuram, dimidiamqve cetorum, si forte in littora ejicerentur, partem possessione, reliqva autem pars templo Holano erat reservanda; ejecta autem ligna templo aliisqve prædii Mödruvallensis & ad idem pertinentium villarum ædibus designata fuerunt exstruendis. Qvicunqve vero adversus hæc mandata peccaverit, vindicem rationisqve plenæ exactorem sit habiturus dominum Jonam Biarnium, præter antedictum Paulinum, cui de solius episcopi pendendum erat arbitrio. In bonorum concreditorum usuram injunctum Biarnio fuit ab episcopo, ut decem fordas vel tot agnas, qvot earum absolverent pretium (ɔ: sexaginta) qvotannis expenderet, sacerdotem & diaconum sustentaret, duobus fratribus victum & vestimenta suppeditaret, cænobiumqve fartum tectum conservaret. Eodem anno discrevit Aro Thorbiörni filius Officialis litem inter episcopum Jonam & Fimbogum Jonæum, qvi Asi Kelduhverfensium habitavit, exortam, de eqvitatu episcopi sumptibusqve in eum hospitio Asi excipiendum impensis. [Hoc anno Jonas Gerichi filius natione Svecus episcopatum Skalholtensem adeptus est. Famulos is habuit 30 hibernos, ingenia adeò pervicacia, ut ipsius episcopi dominio vix ac ne vix qvidem parerent, injuriis undiqve infames].

Anno 1431 gierde Gudne Oddsson sonur Odds Lepps testamentid í Ögre í Isafyrde fyrer Sál Þorbiargar Gudmundardóttur konu sinnar, gefande Ögur kyrkiu med líke hennar Smidiuvík, og Mýra kyrkiu Rekavík og Haufn og lausa góts audrum kyrkium um vestfiordu. Gudmunde biskupe góda IV Hundrud, fátækum VI Hundrud in conceptione beatæ Mariæ Anno 1431. hafde kvinna hanns ádurnefnd fenged voveiflegann dauda med skiótum atburde, sem Gudne greindur getur um í sama brefe.

Þorsteinn Olafsson logmann sunnan og austan á Islande átte Akra í Skagafyrde og bió þar lenge, átte og Þorleiksstade sem adrar egner nordanlands. Hanns dótter Akra Cristin, er átte Torfe Arason hyrdstióre enn sídar Helge logmadur á Aukrum fader Ingveldar. Biskup Jón sender mikid þyckiu og fædar bref Rafne logmanne Gudmundarsyne, þad hann hafe genged dóma og úrskurd um skipbrot og vogreks góts er reked hafde á hardbak á Slettu Hólastadar jordu, og hótar bann-sauk Rafne logmanne, og audrum þeim er í dóme vered hafe, nema þeir leidrette málid; hafde fyrst gotsid rekid ad lande, sídann skip-brot og nockra menn med. Vilde biskup eignaz skip-brot og góts, og hafde skipad, þegar hann næde ei sínu mále, ad brenna skips-flakid.

Móte þessu geck þvert Rafn logmadur med dóme og úrskurde sínum. Einneg færer Jón biskup stefnu yfer Þorkel prest Gudbiartsson um sagt skip og góts, ad hann hafe keýpt þess helst ser til handa, enn halded því ei under sig, og

Anno 1431 conſcripſit Gudnius Ottonis Leppi filius, qvi Ogri Isfiordenſium habitavit, pro anima uxoris ſuæ Thorbiargæ Gudmundi filiæ, teſtamentum, qvô templo Ogrenſi pro cadaveris ſepulturâ Smidiuwikam, Myrenſi autem Rekawikam & Hafnam, pluribusqve qvadrantis occidentalis rura cæſa donavit, datô inſuper epiſcopo Gudmundo probo ſedecim, pauperibusqve viginti qvatuor imperialium pretiô, in conceptione beatæ Mariæ anno 1431mo. Memorata autem ipſius uxor repentinâ, ut eodem libello teſtatus eſt viduus, morte fuerat ſurrepta. Thorſtanus Olavius auſtralis & orientalis Islandiæ nomophylax, prædium Akros ad ſinum Skagafiörd ſitum, ubi habitabat, unacum Thorleiksſtadis pluribusqve intra qvadrantem borealem villis poſſedit. Filiam habuit ille Chriſtinam Akrenſem, Torfonis Arii præfecti, & poſt illum Helgonis nomophylacis Akrenſis, qvô Ingvelda fuit prognata, uxorem. Epiſcopus Jonas Rafno Gudmundi filio nomophylaci litteras miſit, offenſi infenſiqve animi indices, eo qvod de fragminibus navis, rebusqve, qvibus onuſta fuerat, ad Hardbaki, qvæ ad templum Holanum pertinuit villa in tractu Sletta ſita, littora, æſtu maris ejectis ſententiam tuliſſet; qvapropter ipſi, cæterisqve, qvi in eandem deſcendiſſent, niſi in rem ſuam mutaretur, pænam excommunicationis minatus eſt. Ejecerat autem mare primo fracti navigii vehem, deinde ipſius fragmina cum nautis aliqvot. Epiſcopus vero utriusqve avidiſſimus, ſi impos voti evaderet, comburi ratem juſſerat. Rafnus vero ſententiam poſtulatis ejus plane contrariam tulit. Præterea epiſcopus Jonas Thorchillum Gudbiarti filium Sacerdotem in jus vocat, eo inter multa alia nomine, qvod dimidiam antêdicti navigii partem in

Hólakyrkiu, med maurgum audrum saukum, enn hann hafe þó vered fyrr Hólakyrkiu rádsmadur. Item gefur Jón biskup Lopt bónda Gutthormsson qvíttann um allt rádsmannsdæme Hólastadar heima og annarstadar á búum um Fliót og Skaga, sem nordur undann um allar inntekter og útgiaullд, enn Loptur bónde leggur biskupe X Hundrud fyrer kostnad er menn hanns haufdu giordt, og ad auke þad hálft skipbrot sem um havstid reked hafde, hvad biskup tekur med gódvild og virdíngu.

A þessu áre víger Jón biskup Vilhiálmsson á Stad í Rehneneſe VIII systur í klaustrid þar, og þær trúlofaz under regluhalld med hreinlífe og hlýdne vid Abbadis: Jón biskup lætur Jón prest Einarsson, prófast í Skagafirde lesa þad bref upp vid Vallalaugar Þíngstad, ad hann lýser í gridum og fride h: Hólakyrkiu þá engelska menn alla er þá seu í Hólakyrkiu komner, og hallde þar um Kórstodina, og beidiz nádar og grida epter Guds laugum og kyrkiunnar; hvad hann segiz þeim ei synia meiga, sem christenn rettur lióslega hliódе. einneg um þad skip sem nú ligge í Kolbeinsáróse, hafe hann hálft ser keypt og h: Hólakyrkiu; enn hálft hafe þeir lagt kyrkiunne og gefed til eignar, so þad haf-skip se nú allt h: kyrkiu og hañs eign, þarmed allt þad góts er þarmed fylge, fyrerbiódande hverium manne, þá menn ad ónáda edur nockud mein giora skipe edur gótse; enn se so edur være, ad nockrer yfermenn kynne edur lauglega vilie tiltala þessum maunnum kóngdómsinns vegna, þá býdur hann þeim nú innann nærstu tólf mánada fram fyrer sinn nádnga kóng og ríkesins rád, og skule hann svara þeim þar laug med þessum maunnum, og hvort þad se

ſui ipſius, non templi Holani, cujus tamen antea fuiſſet diſpenſator, uſum emiſſet. Immunem univerſâ tam ipſius ſedis Holanæ qvam prædiorum ad eam pertinentium per tractum Fliotenſem & Skagenſem longiusqve aqvilonem verſus diſperſorum adminiſtrationê Loptum Gutthormi filium dimiſit epiſcopus, cum teſtimonio probè geſti muneris tam ratione acceptorum qvam expenſorum. Loptus vero epiſcopo pro ſumtibus in ſuos expenſis qvadraginta imperialium pretium, fragminaqve navis proximô autumno ejectæ ſolvit, qvod ille grato accepit animo. Eodem anno epiſcopus octo virgines monaſticas ad cænobium Reinenefenſe ſacris initiavit, qvæ datâ dextrâ ordinem caſtè debitôqve erga antiſtitam obſeqviô ſervare promiſerunt. Adhæc epiſcopus litteris â præpoſito Skagafiordenſi Jona Enario in foro Vallalögenſi publicè recitatis pacem & protectionem templi Holani Anglis illis declarat omnibus, qvi in eodem templo id temporis ſe contineant, poſtemqve interioris templi partis amplexi ad juris divini & canonici normam pacem implorent, ipſis ſecundum ejusdem juris præſcriptum minimè denegandam. Notum itidem fecit, emiſſe ſe in proprios templiqve cathedralis uſus dimidiam, qvæ in oſtio amnis Kolbeinſa ancoris jam inniteretur, navem, reliqvam autem partem eidem templo donô eſſe datam; integram igitur navem cum bonis eâdem invectis in ſuam templiqve tranſiiſſe poſſeſſionem, unde, neqvis anglis iſtis, navigio, vehive qvicqvam detrimenti afferret, minaciter interdixit. Siqvis autem ſuperiorum eos nominê regis jurê voluerit accuſare, eundem ad cauſam coram regê conſiliôqve ſtatus, ſê unacum accuſatis defenſuro intra annum agendam provocavit; remqve ſuſcepturo, ſive

hyrdstióre edur logmadur fyrer nordan og sunnan á Íslande. Þetta vilie giora, þá sege hann þeim til reidu ad vore víst far, á þessu skipe med ser og þessum maunnum, þó á þeirra egenn kostnad og penínga, enn þeim gódum maunnum, sem nockurn skada hefdu af saugdum skipmaunnum*) fenged, vilde hann innannlands láta bæta, annadhvort med sáttmále edur med dóme, fyrerbióðande aullum maunnum dóma edur úrskurde nefna edur gánga yfer þessum maunnum, skipe edur gótse, under fullt forbod og bannsþínu; lýsande gardinn Hóla under Grid og Frid, sitt fólk og eign epter Guds logum og manna. Um þessa engelska menn er þad líkast til, ad þeir hafe komiz úr því slage og bardaga, er vard á Hofdastraund í Skagafyrde, fyrer utan mannslagshól, sem merke er til og siáz dysiar af maunnum eru uppkastadar, og Magnús biskup Jónsson hefur sagt ad nær LXXX engelskra manna hafe þar vered til daudsslegner af Skagfyrdíngum, rádsmaunnum Hólastadar, sem fyrermenn voru, fyrer þeirra órádvendnis**) glettíngar, tiltauk á penníngum, diarfræke til kvenna og adra áleitne, ad þesser menn hafe mátt ná Hólakyrkiu ser til fridarbónar og frelsis. Evgenius páve 16 ár.

Anno 1432 er Jón Gerechsson svenske í Skálholte, enn Jón Vilhiálmsson ad Hólum biskupar.

Anno 1433 var Kyrkinbóls brennann sudur, er Júngkære Ivar Vigfússon var skoten í hel.; var fyrer brennunne Magnús kameistare í Skálholte, er sumer saugdu son biskups Jóns; bad hann fyrst systur Ivars þeirrar er Margret het, og feck ei, þeirra fader var Vigfús er hyrdstióre hafde vered. Þarepter siglde Magnús biskups frænde, og kom aldrei út aptur,

*) Og sínum maunnum. **) Giørnínga.

præfectus regius, five auftralis & borealis infulæ nomophylax fuerit, liberum ad iftam profectionem, propriis licet fumptibus peragendam, communemqve fecum & accufandis in eadem navi locum pollicitus eft; injuriam vero a nautis *) illatam paffis in ipfa Islandia aut pacifcendo aut judicando fuô aufpiciô fatisfactum iri. Vetuit igitur adjectis minis excommunicationis, fuper exteris illis, navive aut rebus ad eam pertinentibus fententiam qvalemcunqve ferre, fedem epifcopalem; fuosqve fuaqve omnia paci & incolumitati, divinô humanôqve jure, fanctæ vindicans. De Anglis iftis aptiffimè conjeceris, eos conflictui in finus Skagafiordenfis orâ Hofdaftrönd appellatâ juxta prædium Mannflagshól gefto fuperftites, refugiô ad templum Holanum faluti confuluiffe. Pugnæ autem iftius congefti tumuli veftigia monftrant, ubi octuaginta fere Angli tefte Magno Jonæo â Skagafiordenfibus, qvorum duces fuere Sedis Holanæ difpenfatores, percuffi funt propter improbam **) petulantiam, pecuniarum rapinam, illatam mulieribus vim pluraqve incommoda. Evgenius per 16 annos fuit papa romanus.

Anno 1432 epifcopatu Skalholtenfi functus eft Jonas Gerichi filius Svecus, Holanô autem Jonas Vilhelminus.

Anno 1433 contigit in auftrali Islandiæ parte exuftio prædii Kirkiubolenfis, herôis Ivaris Vigfufii, jaculô ibidem trajecti, nece nobilitata, cujus dux erat & aufpex Magnus qvidam pincerna Skalholtenfis, â nonnullis pro filio epifcopi Gerichii habitus, qvi, cum nuptias Margretæ, Vigfufii præfecti qvondam regii filiæ, Ivarisqve fororis, fruftra am-

*] Suisqve.

**] Facta.

enn Margret komz út úr eldinum um ónshúsid, hafde hún getad giort þar hol á med skærum sínum.

Margret vilde ongvann eigg nema þann sem hefnde bródur hennar, tók sig þar til Þorvardur Loptsson Gutthormssonar hinns ríka frá Modruvollum í Eyafyrde; hann dró saman menn og var med haunum fyrerlide bóndinn frá Dal í Eyafyrde Arne Magnússon, er Dalskeggur var kalladur, og ridu þeir sudur um sumarid fyrer Þorláksmessu í Skálholt, *) því þá var í Skálhollte helgehald miked á Messudag Þorláks biskups.

Þeir komu þar um aptaninn fyrer messudaginn, og settu tiold sín utar audrum tiauldum; margt var fólks adkomed. Þorvardur og Dalskeggur gengu heim um messu med lid sitt althad og gengu **] so í kyrkiu. Dalskeggur geck fyrer og sagde: **nú er miked um dyrder.** Biskup Jón grunade mennina og geck ad altarinu og steypte yfer sig messuklædunum, tók kaleik med patínu í haund ser, þeir nordan menn gengu ad altarinu, tóku biskup Jón þó navdigur være, er so hermt, ad þá þeir med hann í stopulinn komu, ad biskup hafe dasaz nockud af tregdun gaungunnar, og þá hafe hann skipad smásvein sínum ad gánga í kiallara og sækia ser gódann miød-drick, hvad sveirninn giorde og kom snøggt aptur med stóra silfurskál, og bidu nordlendíngar um þetta, Biskup drack hradt af skálinne, og geck sídan med þeim til tialds þeirra. Þar epter hofdu þeir biskup til Brúarár, og drektu haunum þar í med tavg af snære og steine. Giftiz sídan Þorvardur Margrete og áttu þavg III dætur, Gudríde, Ingebiørgu og Ragnhilde. [Ivár Hólmur

*) Því þá visse Dalskeggur ad biskup munde heima vera Jón. **] 50.

biiſſet, mutatô ſolô nunqvam in Islandiam rediit. Margreta autem hypocauſtum forficulâ perforandô incendium evaſit. Decrevit illa nemini niſi fraternæ cædis ultori nubere, unde Thorvardus, qvi Mödruvallis Eyafiördenſium habitavit, Lopti Gutthormii opulenti filius id laboris ſubiit, conſcriptâqve militum cohortê ſocium ſibi ducem adjunxit Arnam Magnæum â prædiô Dal, qvod inhabitavit, Eyafiordenſi Dalſkeggum cognominatum. Hi æſtivô temporê domô profecti, veſperê ante feſtum Thorlaci epiſcopi, magnâ celebrari ſolitum ſolennitatê,*] proximô Skalholtum pervenerunt, ubi cæteris, qvorum multa erat freqventia, advenis additi, tentoria fixerunt reliqvis romotius. Poſtera vero die, cum ſacra peragerentur, templum cum armata **) ſuorum manu ingreſſi ſunt Dalſkeggô præeunte, qvi ſimul; *en multam gloriam*, exclamavit; Tum epiſcopus hoſtilitatem ſuſpicatus ſacræ ſe admovit menſæ, miſſalibusqve ſuperindutus veſtibus calicem atqve patinam apprehendit; qvod nîl veriti hoſtes advenæ ipſum qvantumvis obtortô collô ab altari abduxerunt, cumqve in propylæum eſſet perventum, ferunt epiſcopum obnixu fatigatum, famulum ſuum, qvi ipſi hauſtum aqvæ mulſæ refrigeratorium ſubminiſtraret, in cellam miſiſſe, huncqve mox reverſum argenteam haud exiguæ capacitatis crateram attuliſſe, inimicis interim ſubſiſtentibus. Epiſcopus autem craterâ celeriter epotâ, eos ad tentorium ſecutus eſt unde ad amnem Bruara devehitur, implicitusqve funiculo, alligato ſaxo ſuffocatur. Deinde Margreta Thorvardo matrimoniô juncta tres ipſi filias, Gudridam, Ingebiargam & Ragnhildam peperit. [Frater illius Ivar Holmius

*] Tum enim Dalſkeggus epiſcopum Jonam domi fore perſvaſum habuit.

**] Qvinqvaginta.

bróder hennar [Margretar] var hyrdstióre, og hafde átta Sophiu systur Þorvardar, Loptsdóttur. M. J. S].

Anno 1434 Solveig dótter Þorleifs Arnasonar og Vatnsfiardar Christínar giftiz Orme Loptssyne; var þá Þorleifur Arnason madur hennar látenn, enn Arne eignadiz Sophiu Loptsdóttur, silgde, dó í stríde med Dana kónge, fell fyrer Búnkaberge. Biorn Þorleifsson átte Olufu Loptsdóttur, Einar Þorleifsson giftiz ei, átte þó ei skilgetin baurn, er sagt hann hafe keypt Hól í Bolúngarvík, og fleire jarder, þar til 1 Hundrad Hundrada fyrer Reyke í Skagafyrde, og jarder þar fleire af Bessa bónda Eyríkssyne med samþycke hanns qvinnu Sæunnar Gudnadóttur, sem átte Hól og jarder í Bolúngarvík fleire, datum þeß kaupbrefs skal vera *) 1436, adrer skrifa 42 **].

Anno 1435 ríker biskup Gottsvin í Skálholte.

Uxoris poſtea interceſſione & precibus, qvæ ingentem, pro liberatione mariti, argenti ſummam, qvam Holos ſecum attulit, ſolvit, dominus Arnas dimittitur, dato prius juramento, ſe nunqvam epiſcopo fore adverſantem. Hoc anno Germanicis [mercatoribus] cum Alexio monaſterii Vidöenſis abbate

komu þeir þángad þá sídar ad óvoru og ræntu klaustred, en hroktu þá menn er fyrer villdu standa. Þetta frette biskup Jón nordur. Aumkade hann þetta miøg ad einge vorn være fyrer á landenu edur um kríng landed og kvad þá vísu:

Sunnan ad segia menn.
Sundklaustur halldez laust
Þydsker giøra þar rask
þeige gott i Videy
ølldan hefur ómilld
Ala bruggad vondt kál
undarlegt er Island
ef einge retter þad sliett. *)

Aller Lútheraniske voru útrekner af Frankaríke sosem adrer kettarar og villumenn. Var kóng Christian odrum feinged milldara fángelse, epter því sem keysare Carl óskad hafde, var honum þá fylgt frá Sønderborg til Calundborgar og skyllde þar fá underholdníng, þar talade kóng Christian þridie vid hann og hertoge Hans til Alssens og lofade honum betra hallde, hvad hinn fángne giarnan þackade, voru þar tilsetter 8 edur 9 herramenn hann ad annast, og þar hellt hann eitt furstalegt bordhalld; og skyllde meiga á dyraveide. Eitt sinn reid hann frá þeim og hvarf so þeir leitudu hanns leinge, þar til þeir fundu hann; Hann og þeir giordu ser ad gaman, so hann hafde giort þetta af kátinu. Sídan fór hann ei oftar á jagt, var og þá af elle þvíngadur so hann hafde ei stóra girnd þar til. Hann var til Callundborgar þar til hann deyde, 16 ár og 7 mánude anno 1559, og gret þegar hann frette, hanns frænde kóng

*) Þess stiett.

discordia interceſſit; poſtea igitur illi de improviſo advolantes, monaſterium compilarunt, læſis pulſisqve propugnatoribus. Qvô rumore ad aures epiſcopi Jonæ delatô, is miſeratus, patriam nudam eſſe præſidiô, carmen hunc in modum componit:

E terra auſtrali perhibent
Monaſterium, qvod ad fretum ſitum eſt, non maſcule defenſum eſſe,
Teutones tumultus faciunt
Turbidos in Vidöa:
Multitudo immitis
Alexium malis mulctavit modis;
Stupenda eſt Islandia
Si plane nemo eam vindicaverit.

Omnes qvi religionem profitebantur Lutheranam, e Gallia, tanqvam hæretici, expulſi ſunt. Rex Chriſtianus 2dus Sunderburgo Callundam, ut poſtea mitiori carcere, Caroli imperatoris interceſſione impetrato, aſſervaretur, translatus eſt, ubi cum rege Chriſtiano tertiô, & Johanne Haſſiaco duce collocutus, promiſſum de liberiori in poſterum cuſtodia, grato animo accepit. Octo igitur aut uno pluribus nobilibus in cuſtodiam traditur, qvi regio eum victu ſuſtentarent, venandiqve venia donarent. Inter venandum aliqvando e cuſtodum conſpectu disparuit, a qvibus diu qvæſitus tandem invenitur, ſtratagemate ab omnibus illis in jocum converſô. Nunqvam tamen poſtea venatum exiit, ſiqidem ætate gravis ea re non magnopere delectaretur. Annis 16. menſibusqve 7. Callundæ egit, anno tandem 1549 ad veſperam diei converſionis Pauli defunctus. Cum cognatum ſuum, regem

Christian 3die være látenn sagde og sin æfe munde nú ei løng sem og skede. Hann andadez epter á Pálsmessu aftan. Paulus páve deyr þridie: Julius 3die kemur í hanns stad áre seinna og ríkte 5 ár. [Um sídare heimreid Jóns biskups og afturkomu hr. Marteins til Skálhollts refert ad hunc annum D. E. S.]

Anno 1550 Lauritz Muhle hyrdstióre á Islande, Christian skrifare hanns umbodsmadur. Erlendur logmadur samt sunnan og austan. Biskup Jón kemur Þorleife Pálssyne frá logmannsdæmenu, þreynger Ara inn aftur í logmanns stiett. Um þenna tíma hellt Olafur prestur Hialltalín Laufásstad er biskup Jón hafde honum veitt, hafde hr. Olafur medteked utanlandz, Lútheri lærdóm [því hann geckst vid í Danniorku og Noreg, seinast þá Olafur var þar] vígde biskup Jón hann til prests og feck honum Vesturhópshóla og var hann þar 2 ár og fell honum þar lítt bústadur og búskapur. Tók biskup Jón hann þá heim til Hóla og var hann þar kyrkiuprestur nockur ár og um þann tíma þorde Olafur prestur ei í framme ad hafa annarlega kenníng, helldur þad sem ádur plagadest, allt þar til hann feck Laufásstad, þá giorer hann sig auglióśann ad fylgia fram Guds orde hreinu og kláru og bannar ad trúa á helga menn Petur, Pál, Marin edur adra hverier sem eru; flýgur þad strax fyrér biskup Jón, verdur hann þá ákaflega reidur og stefner þíng í Eyafyrde og bodar Olaf þá þángad, Þegar Olafur veit þetta, fær hann ser affokunarmenn ad bera sig undan þessu og menn mege þá gomlu kenning hafa fyrer honum, og kemur svo til stefnunnar. Sem nú biskup Jón fornam Olaf prest her um saklausann, tekur hann sitt hofudklæde ofan og seger gude lof, ad

Christianum 3. mortuum esse audiverat, in lacrymas effusus, non vano præsagiô supremum sibi brevi imminere diem prædixit. Obüt Paulus papa, cui seqventi anno successit Julius tertius, qvinqvennium regnaturus. [Episcopum Jonam hoc anno secunda vice Schalholtiam profectum esse, dominumqve Martinum domum redüsse, refert O. E.]

Anno 1550 Laurentius Muhlius Islandiæ præfectus vicarium habuit Christianum scribam. Erlandus orientalis & australis qvadrantis nomophylacem agebat. Episcopus Jonas Thorlevum Paulæum nomophylacem officio dejicit, filio suo Ario in ejus locum intruso. Hoc tempore dominus Olaus Hialtæus, episcopi beneficiô, Laufasensis ecclesiæ pastorem agebat. Hic (antea) ultimâ vicê extra patriam profectus, doctrinam Lutheranam (tum enim in Daniâ & Norvagiâ in usu erat) amplexus fuerat, reversus vero in patriam, ab episcopo, sacerdotio Vesturhopsholensis ecclesiæ inauguratur, qvo cum per biennium non sine prædii reiqve familiaris difficultaté, functus esset, Holos ab episcopo revocatus, cathedralis templi ministerium [illegible]ot annis, qvo tempore, nihil a veteri religione alienum spargere sustinuit. Postea vero qvam ecclesiæ Laufasensi præfectus est, privato ausu, purum dei verbum cæpit prædicare, invocatione sanctorum, Petri, Pauli, Mariæ aliorumve prohibitâ. Perlabitur hæc fama ad aures episcopi, qvâ ira accensus, convocato in tractu Eyafiördensi conventu, Olaum in jus citat; qvod cum is cognosceret, comparatis sibi excusatoribus, qvi neminem â veteris religionis cultu ab ipso prohiberi testarentur, in conventum accessit. Qvibus testibus episcopo se purgavit. At ille, cognito vacare eum culpâ, caput detegens, Deum, qvod tantus vir in doctrina non erras-

soddan persóna hefur ecke villt fared í sínum kenníngum, skilia sídan allda viner, og rídur hver á sitt heimile. A litlum tíma lidnum kemur enn qvíttur fyrer biskup Jón ad Olafur se sannur ad sök þeß tiáe ei ad þræta hann fyrerbióde ad trúa á helga menn: Reiðist biskup enn miklu framar og stefner aftur þíng og geingur þá máled á Olaf, er hann þá rekenn hardlega út af kyrkiunne, verdur fótur hanns fastur í gáttenne og leskez illa, og bar hann þad mein til daudadags. Flýr sídan Síra Olafur á fioll sudur vid annann mann og bídur þar epter Þorleife bónda Grímssyne, frá Modruvollum og rídur hann med honum sudur á Straum á Vatnsleysustrond. Þar lá skip og sigler *) þad fram í Danmork og seger hvad til tídenda se á Islande. Marteinn biskup se í hallde hiá biskupe Jóne á Hólum edur hiá syne hanns Ara en segez vera útrekenn frá sínu kennemanns embætte og þore ei ad halldaz vid á landenu, fyrer þad hann vilie hreinu Guds orde framfylgia. Verdur þá kóng Christian 3die reidur slíku og fleiru er hann fann til vid biskup Jón og hanns bref herma híngad í landed send, og eru þá búenn strída skip til Islands og menn tilfeingner. A því áre kom út kóngl. Mayts. bref Dada Gudmundssyne og Petre bónda Einarssyne tilskrifad ad veita styrk Lauritz Myhle, ad taka biskup Jón 1550.

Vier Christian med Guds nád heilsum ydur Dade Gudmundsson og Petur bonde Einarsson á voru lande Islande æfenlega med Guds og Vorre nád. Vited ad sem þer fyrer nockrum tíma lidnum síd-

*) Þadan.

ſet, hilari animo collaudat. Exhibitâ deinde invicem intimæ amicitiæ ſignificatione, domum reditur. Non ita multo poſt, ad aures epiſcopi pervenit, Olaum paſtorem procul dubio reum eſſe hujus criminis, qvâ rê irâ multo graviori excandeſcens, conventu paſtorali de novo coactô, illum in judicium vocatum, reum facit, qvi vi e templo expulſus, inter poſtem januamqve pede,læditur,cujus ille mali incommodum ad urnam usqve ſenſit. In montes deinde cum unico comite confugiens, Thorlevum Grimœum de Mödruvallis, in auſtralem qvadrantem proficiſcentem, præſtolatur, cujus ſe comitatui adjungens, Straumum in maritimis Vatnsleyſuſtrönd pertendit. Hic nave aſcenſâ *] in Daniam trajicit, atqve ea, qvæ in patria geſta ſunt, côram rege apérit, epiſcopum Martinum, apud Jonam epiſcopum, aut filium ejus Arium carceri incluſum eſſe, ſe vero ſacerdotio depulſum, nec abſqve ſummo diſcrimine moras ibi trahere poſſe, hocqve fuiſſe perpeſſum,eo qvod purum dei verbum propagare ſtuduerit, inſimul conqveſtus. Qvibus & reliqvis de epiſcopi tumultibus, auditis, rex ut ex diplomatibus èjus colligi poteſt, graviter commotus, naves præſidiarias, militibus inſtructas in Islandiam mittit. Hoc anno Dadius Gudmundæus & Petrus Enaræus a regiâ majeſtate literas accipiunt, qvibus jubentur, Laurentio Muhlio ad epiſcopum Jonam comprehendendum opem ferre.

Chriſtianus Dei gratiâ Dadio Gudmundæo & Petro Enaræo, provinciæ Noſtræ Islandiæ incolis, ſempiternam ſalutem, cum Divina Noſtrâqve gratiâ. Sciatis Nos, aliqvanto abhinc ſpatio literas a vobis accepiſſe, qvibus ingentem,

*] Inde.

att hafed Oss tilskrifad um þann stóra órett sem biskup Jón sem er nú biskup í Hólastifte ydur giort hefur í móte íslendskum løgum og rette því høfum Vier nú tilskrifad Vorum elskulega Lauritz Muhl ad taka fyrnefndann biskup Jón og hann ad láta so forvara ad hann ecke framar meir skal nidurþrycka ydur edur kúga Vora undersáta sem her til er sked. Því bidium Ver ydur og bióđum, ad þer fyrrnefndum Lauritz Muhle tilhiálp og adstod veited ad grípa fyrr nefndann Jón biskup uppá þad ver ecke skulum til þreyngiaz ad skicka einn framande hóp líds, hvad ecke kann ske án hættu og almúganum til stórs skada og fordiarfs. Her vited ad retta ydur epter og gleimed því í eingañ máta. Gefed á Voru slote Nýborg mánudagen næstann epter Sancte Pálsdag Conversións ár 1550.

Under Vort Signet.

Þetta bref kóngsens og ønnur fleire hughreysta Dada Gudmundsson og adra Islendínga þá sem þad vilia giora ad taka sig uppe í móte biskupe Jóne, þar þeir vissu nú ad reide kóngsens Christians lá á hønum, og *) villdu ei lída hanns yfergáng bæde vid andlega og veralldlega stiett. Biskup Jón rídur þetta sumar med fiolmenne til alþínges og þadan í Skálhollt, vilia menn segia hann hafe þar vered kiorenn til yferherra, og umsiónarmanns stigtesens, og setur hann þá þar nidur alla þá gømlu sídu og rídur sudur til Videyar til ábóta Alexius og skick-

*] Villde.

qvâ adverſus leges Islandiæ, â Jona nunc temporis Holenſis diœceſeos epiſcopo affecti eſtis, conqverimini injuriam, in cujus vindicationem dilecto nobis Laurentio Muhlio in mandatis dabamus memoratum epiſcopum comprehendere, atqve in cuſtodiâ aſſervare, ne poſthac ut hactenus factum eſt, aut vos violentis opprimat manibus, aut alios Noſtros ſubditos injuria afficiat. Qvare vos rogamus jubemusqve, ut dictum Laurentium Muhlium ad hunc epiſcopum capiendum juvetis opemqve feratis, ne cogamur externum exercitum in provinciam mittere, qvod absqve dispendio & ingenti populi detrimento fieri neqvit. Facite, ut hoc Noſtrum mandatum, ſine neglectu, exeqvamini. Datum ex arce Noſtra Nyborg die lunæ proximo â Feſto converſionis Pauli anno 1550.

Sub Sigillo Noſtro.

Hæ & reliqvæ, qvas in Islandiam miſit rex Chriſtianus, literæ, Dadio & cæteris, qvi epiſcopi Jonæ moliminibus ſe oppoſuerant, animosa ugebant, cum perciperent, regem Chriſtianum illi iratum eſſe, ejusqve iniqvitatem, qvam in Clericos æqve ac cives exercuerat, reprimere velle. Hâc æſtate ingenti hominum turba ſtipatus epiſcopus Jonas, forum generale adit, indeqve Schalholtiam, ubi ipſe dominus & adminiſtrator diœceſeos electus eſſe fertur, proficiſcitur, hic ritibus omnibus in priſtinum ordinem diſpoſitis, Alexium præſulem Vidöæ convenit, jubens omnia negotia eccleſiaſtica ſecundum

ar þar skule allt halldaz, sem fyrr var á døgum biskups Øg-mundar. Vestur þadan rídur biskup Jón allt til Helgafells klausturs þar hafde ei ábóte vered sidan þad var veitt Claus von Merviz, og deyddur var fyrer hanns ofbellde rán og manndráp. Þar setur biskup nidur gamlann ábóta sem Narfe het. Hann hafde þar fyrr vered og skipar ad hallda þad gamla. Um sína alþíngesreid kvad hann þessa vísu.

Þesse karl á þínged reid
þá med marga þegna
so gegna
øllum þótte hann ellediarfur
Íslande næsta þarfur
og miked megna.

Um Videyar reisu sína qvad hann:

Víkur hann ser í Videyarklaustur
vida trúe eg hann svamle
hinn gamle
vid danska var hann diarfur og hraustur
dreifde hann þeim á flædarklaustur
med brauke og bramle.

Frá Hellgafelle rídur biskup Jón og syner hanns tveir Síra Biorn og Are logmadur í Bredafiardardale ad Saudafelle, þar hafde Dade Gudmundsson bú, en sat í Snóksdal, villde biskup giora búed upptækt og se Dada, hann være í banne og ei fiár síns rádande, fyrr enn úr því være leistur af ser edur pávanum í Róm. Er so mællt ad Dade hafe rided til fundar vid þá fedga í fyrstu til Saudafells med LXXX menn og boded bisk-

eum morem qvi epiſcopi Ogmundi tempore prævaluit, adminiſtrari. Hinc ad monaſterium Helgafellenſe viſendum iter dirigit, &, qvoniam ab eo tempore, qvo Claus de Mervitz, qvi ob violentiam, cædes & rapinas capite plexus fuit, reditus monaſterii, feudi loco tenuit, nullus ibi abbas fuerat, præſulem qvendam, Narfum, ætate grandem, qvi ante abbatiam ibidem geſſerat, monaſterio præficit, priſtinos ritus urgere eidem injungens. De profectione ſua ad forum generale carmen modulabatur, hujus ſententiæ:

Hic ſenex in forum eqvitavit
Stipatus multis famulis
Admodum alacribus.
Omnibus videbatur is in ſenectute animoſus
Islandiaqve valde utilis
Et magna efficere.

De profectione in Vidöam canebat.

In monaſterium Vidôenſe ſe contulit,
Credo qvod paſſim is pervagetur,
Ætate gravis,
Adverſus Danos fuit audax ſtrenuusqve,
Exterminavit eos in navigia
Tumultuòſè.

Relicto deinde monaſteriô, cum filiis domino Biörnone & Ario Saudafellum, in vallibus Breidafiördénſibus petit, eô animo ut bona Dadii, [habebat enim ibidem rem familiarem, ſed reſidebat Snochsdali] ſiqvidem anathematis fulmine ictus, non haberet jus regendi bona ſua, niſi a ſe ipſo vel Romano pontifice communioni eccleſiæ reſtitueretur, confiſcaret.

upe Jóne sætter og eiga qvítta fiár upptekt ad Saudafelle og svo villde hann fordaz [epter því sem hanns áhángendur látaz nú segia] mótgiörder vid biskupenn ef þeir skylldu þá vel, þá mællte Sírá Biorn: nú er vel boded fader minn, biskup mællte: ertu hræddur Biorn frænde? nej herra qvad Biorn, en um fleira er ad hugsa enn ákefd eina. Dade sagde þá, se svo ei náez sætter, skulud þer siá mig og pillta mína innan skams, her á Saudafelle. So reid hann í burt og sópade ad ser mönnum, kom svo aptur med fiölmenne albriniad; þar voru og med skittur nockrar, er þad mællt þeir hafe aller tvíment, nedan epter dalnum so minna skyllde sínaz lided, og hafe so vered hálfu meira enn hestarner. Biskup og þeir fedgar vóru fyrer og var ei biskups lided komed margt nordan ad, helldur var þar med mannfólk úr Borgarfyrde, og um þad talade Are vid fodur sinn ad ei være margt þeirra eigenlegra manna og villde senda nordur epter fólke, ef hann villde ei undan snúa, en biskup sagde ad Borgfirdíngar síner dygde leinge vel. Dade kom þá heim med sitt lid og stíga af hestum sínum, enn biskups fólked var í kyrkiugardenum. Dade sagdez þá einga óhlutvendne eda árás, vilia giora mönnum er frágeinge og ei fyllte þann flock ad ræna fe sínu og föngum med fleirum ordum er hann þar um talade, ad menn skylldu umþeinkia hvad epterkæme eda koma munde. Epter þetta geingu Borgfirdíngar úr kyrkiugardenum og villdu taka rádslogun sína útá vellenum, hvad best være og hugdu nockud ei mundu so skiótt áraser verda af Dadafólke. Þá bióst flockur Dadamanna til áhlaups, og var þá þunnskipad í gardenum, en gardurenn næsta vildur, en ei vel hár i öllum stödum. Mællt er ad madur biskups Jóns edur med biskupe Jóne hafe einn madur vered sá er Gísle het og var Finnbogason karlmenne

Ferunt Dadium LXXX comitibus ſtipatum, Saudafellum eo fine veniſſe, ut cum epiſcopo ejus filiis depaciſceretur, profeſſumqve eſſe, ſe, ſi res ad pactionem veniret, raptæ rei ſuæ injuriam, facile concocturum, poſteaqve nunqvam [uti amici ejus præ ſe ferunt] epiſcopum conſulto ofſenſurum: Illum vero filio Biörnoni conditionis æqvitatem applaudenti, timiditatem exprobrâſſe, qvi hoc probô deletô, de pluribus qvam ſolo impetu cogitandum admonet. Dadium autem hoc audito, ſe ſuosqve Saudafellum, niſi tranſactione interveniente, brevi venturos, minatum eſſe: Hæc ubi dixerat, diſceſſit, at mox collectâ manu, altera vice Saudafellum venit ingenti armatorum multitudine, & in hac ſaggittariis qvibusdam inſtructus. Ordinaverat eo modo iter, ut viri bini cuivis inſiderent eqvô, qvô pauciores viderentur ſui ſtipatores. Epiſcopus ejusqve filii, cum non ita magna ſuorum manu Saudafelli manebant, haud tamen exiguo Borgfiördenſium numero comitati. Monenti igitur filio Ario, ut, niſi loco cedere vellet, nuntios, qvi ex boreali qvadrante auxilia efflagitarent, mitteret, regeſſit epiſcopus in Borgfiördenſibus ſat eſſe præſidii. Advolans interea cum ſuis Dadius, & poſtqvam eqvis deſcenderunt, coram iis, qvi epiſcopum comitabantur, præfatur, ſe nemini, præter eos, qvi a partibus bona ſua & pecunias rapientium ſtarent, impetus aut injuriam facturum, inſimul monens, ut, qvalem res habitura eſſet eventum, conſiderarent. Conſtiterunt inter hæc in ſepulcreto comites epiſcopi; Sed Borgfiördenſes, hoc audito, in agrum, ut hac de re capita conferrent, egrediebantur, exiſtimantes Dadium cum ſuis tanta feſtinatione impreſſionem non facturum. Ille autem cum ſuis, ſimul ac Borgfiördenſes e ſepulcreto exire videbat, ad incurſionem faciendam ſeſe parat. Erat autem cœmeteri-

miked og hellt þá á bissu og mællte til Biskupsens: Skal eg skióta til Dada herra? Eg se hann nú med rauda fiodur í hatte, má vera eg gete hann nú vel hitt. Ei skalltu skióta sagde biskup Jón. Þá ber eg mig ad láta þá vita eg hafe getad hitt hann fyrer sagde Gísle, og skaut þá burt framan af fiodrenne. [Gísle þesse Finnbogason var módur módur fader herra Þórláks biskups Skúlasonar] Hiuggu þeir þá og logdu til biskupsmanna. Lidsmunur var næsta mikell og báruſt sár á nordanmenn, og kómuſt Dadamenn í gardenn hrucku hiner þá frá, fór biskup Jón þá í kyrkiuna og innar ad alltare og voru breidder fyrer hann þófar, því þá var skoted á framkyrkiuþiled þiett, feingu marger menn þá stóra áverka, og gáfu biskupsmenn þá upp vornena og geingu til grida med handsale vid Dada. Enn Borgfyrdíngar hofdu rided um þann tíma burt og gáfu sig alldrei aptur inn í gardenn þar slaged var. Sídan var biskup Jón handtekenn og þeir syner hanns Síra Biorn og Are logmadur og flutter til Snóksdals og þar sterklega vardveitter, en nordanmenn ridu sínar leider heim, hver epter því sem fær var fyrer sárasaker. Olafur Tumason er sídar átte Hallgrímsstade í Skagafyrde, og þar bió leinge og deyde einnen þar, var þá úngur madur og smásveinn biskups Jóns hann feck morg og mikel sár, villde hann ætíd gefa sig fram fyrer biskupenn, og var míog skylldur hanns bornum. Þóra Olafsdótter var móder hanns, dótter Helgu kvinnu Jóns biskups, því vóru þeir Biorn prestur og Are logmadur, módurbrædur Olafs sammædder. Olafur lá leinge í sárum. Sender þá Dade sudur til Bessastada til fógetans Christians skrifarans, ad segia honum hvernen komed er, bidur hannráda og vidtoku um þessa fánga, og hann mune vita kóngsens vilia ad biskup Jón skyllde takaz

um parva manu difficile defenſu, ſiqvidem ingens ambitu nec ſepimento juſtæ ubiqve altitudinis cinctum, qvapropter Dadiani ſepimentum facile tranſſcendunt. Vir qvidam ſtrenuus, nomine Gislo Fimmbogonæus, ex epiſcopi comitatu ſclopetum manu tenuiſſe fertur, exqve domino ſuo qvæſiviſſe, num glandem ad Dadium ejacularetur, ſiqvidem eum, pileum penna rubrâ ornatum, geſtantem dignoſceret? Inhibenti vero epiſcopo: faciam, inqvit, ut videant adverſarii, me ſcopum, nempe ipſum Dadium, ſi vellem, delineare potuiſſe, ſimulqve exonerata bombardâ, pinnæ extremitatem ferit. (Erat hic Gislo epiſcopi Thorlaci Schulonii e filia & nepte proavus.) Hæc dum gerebantur, Dadiani, aggere ſuperato, propugnantes armis invadunt, iisqve, cum ob paucitatem defenſioni impares eſſent, multa graviaqve vulnera infligunt, anteriorem templi partem glandibus miſſilibusqve inſimul ſtrenue oppugnantes, ut ipſe epiſcopus ante altare, eqvorum in ſtragulis circumtectus confugium qværeret, ejusqve milites factâ deditione pacis conditiones a Dadio ſtipularentur. Interim Borgfiördenſes, qvi huic ſe nunqvam immiſcebant conflictui, in viam ſe committunt. Captus deinde cum filiis ſuis ambobus epiſcopus Snochsdalum deportatur, in cuſtodiam duram ibidem incluſus; comites vero ejus qvatenus id cuiqve per vulnera licebat, lares ſuos repetunt. Olaus qvidam Thomæ filius, qvi poſtea Hafgrimſtadis in tractu Schagafiördenſi ad mortem usqve habitabat, ipſe prædii poſſeſſor, præ cæteris in hoc conflictu vulneratus eſt, ſiqvidem juvenis, epiſcopiqve famulus, pro domino armis hoſtium ſe ſtrenue objecerat, ut lecto diu affixus ante jaceret, qvam inflictæ percurarentur plagæ. Erat hic liberis epiſcopi proximâ cognatione conjunctus: eadem enim ac hi matre, nata erat

so sem hann hafe hyrdstióranum Lauritz Mühl tilskrifad og befalad. Enn Christian se nú í hanns stad settur. rídur þá Christian skrifare nordur í Dale, med sínum monnum til Snóksdals og afhender Dade honum þar biskupenn og hanns syne, er so mællt ad þeir hafe í hallde vered í Snóksdal *) VI vikur alls.

Rídur nefndur Christian þadan og sudur í Borgarfiörd, med þá fedga og so þadan í Skálhollt. Dade var med og var þetta um allraheilagra messuleite, var þá ei annars kostur af þeim Danska skrifara enn biskup Jón og hanns syner være af lífe tekner, var hann þá hræddur þeirra munde vitiad, og því let hañ þá ei fara til Bessastada. Ei hofum ver heyrt hann lete dóm yfer þá gánga, helldur med haste nockrum tilhrada ad þeir lífláter yrde í senn epter hátídena. Ordaskil þeirra fedga hafa ei so ollum borez þá þeir vóru aftekner, hver ver meínum þó allgód vered hafa en þó óseilen uppá karlmannlega vísu og hreyste.

Þad er mællt ad hestamadur Ara logmans hafe medfylgt í Skálhollt, og hafe Are komed bodum til hanns ad hafa vid hest sinn, þá út være geinged, þegar þeir aflífaz ættu, og so giordez madurenn. Are sá hestenn því hann var audkendur fyrer vaxtar og atgiorves saker. Are hlióp úr flockenum og ad hestenum sídan á bak í hordum svip og einu atride. Hýdde hann þá fæte í hestenn og **) hraut þá hesturenn áfram, því heftíngurenn var ei aftekenn. Stock þá Are af bake aptur og í veg til fólksens og voru þeir þá nockrer á leid komner ad vitia hanns, sagdez Are hafa giort þad til sýnes, ei þad sig hefde lángad, frá fodur sínum og bródur, var þá geinged til af-

*] 3 vikur og 2 daga.
**] hnaut.

Thora Olai filia, ipſius genitrix; habebat ſcilicet filios epiſcopi avunculos uterinos. Dadius autem Chriſtianum ſcribam præfecti vicarium, qvi Beſſaſtadis ſedebat, per nuntios certiorem facit, epiſcopum ejusqve filios, captos apud ſe teneri, ſimulqve ab eo, utpote Laurentii Muhlii præfecti, cui in mandatis dederit rex, ut epiſcopum Jonam comprehenderet, vicario, ut illos in ſuam recipiat cuſtodiam, flagitat. Ille accepto nuntiô inſtitutô itinere Snochsdalum cum ſuis pervenit, atqve epiſcopo ejusqve filiis, per traditionem Dadii, [qvi eos *) ſesqvimenſe, uti accepimus, in carcere ſervaverat] in cuſtodiam ſuam receptis, per tractum Borgfiördenſem itinere, Schalholtiam, ſub omnium Sanctorum Feſtum, proficiſcitur, Dadio ſibi in comitatu adjuncto: Qvo ut ventum eſt, ut capti mox ad ſupplicium protraherentur, magnâ vehementiâ urget, metuens borealium impetus, ſi eos Beſſaſtadis captos teneret. Dicitur Chriſtianus pro tribunali non egiſſe de eorum ſuppliciô, ſed mox finito Feſto, qvaſi præproperanter capite plectendos curaſſe. Qvibus vero verbis, ſupplicio proximi uſi fuerint, qvæ licet bona, & tamen virilis infractiqve animi teſtes fuiſſe cenſeamus, non diſtincte audivimus. Fertur Arius ab eqviſone ſuo, qvi dominum Schalholtiam comitatus fuerat, per internuntios impetrâſſe, ut eqvum ſuum, cum ad locum ſupplicii educeretur, in promtu haberet. Eductus deinde ad mortem Arius, eqvum corporis magnitudine & eminentiâ cæteris præſtantem, præſentem cernens, poſtqvam ex circumſtante hominum turbâ ſeſe proripuiſſet, magna celeritate inſilit, pedibusqve ad curſum incitat. Cum autem tricis impeditus eſſet, præceps corruit, qvod ubi Arius ſentiebat eqvo deſcenſo, obviam multitudini, & iis, qvi ad eum perſeqvendum exierant, properat, dicens ſe hoc facto virtutem ſuam atqve ala-

*] 23 diebus.

tokustadarens. Þá mællte Are: Skal her stadar nema? Miñ herra! Já sagde Christian skrifare. Are mællte; Svei þer þinn prackare, alldrei kallade eg þig minn herra, helldur talade eg til míns Drottñes og Herra, sídan vóru þeir fedgar aller þann dag af lífe tekner. Þesser fedgar voru merkeleger menn í mørgum greinum og í øllum manndómlegum háttum vel á sig komner, er margt afburdarfólk og gofugt her á lande af þeim komed, bæde karla og kvenna. Biskup Jón hefur og vered hid besta skáld á hanns døgum. Hann ordte þann merkelega kvedlíng er hann nefner Píslargrát, um pínuna vors Drotteñs Jesu Christi og er þad kvæde epter ritníngunne án allrar hiátrúar rett ómeingad, er þeir segia biskup Jón hafe kveded skamt fyrer sinn dauda. Item hefur hann kveded þad kvæde, er menn kalla Davidsdict og í þeirre prentudu Vísnabók stendur, hann hefur og ordt margar adrar vísur og er þetta ein er hann mællte fram einn vetur er menn komu til hanns og hann þóttez ei miød edur munngát fyrer hende hafa, sínum gestum ad veita:

Til hefe eg tabl med spilum
tølur sem legge *) eg vølur
skák med skøfnum hrókum
skiótt og kotru hornótta
hørpu helldur snarpa,
hresta med girnis neistum
**) Phón med føgrum sóne
feinged §) til likta med streingium.

*) Og. **) Simphon it: Simsún.
§) Lyklad.

critatem demonstrâsse, non vero parenti fratrive superstitem esse cupivisse. Postea autem cum ad locum supplicii ventum esset, Arius; Domine mi inqvit, num hic consistendum est? Affirmanti hoc Christiano, cum his se compellari putaret, regessit: Non te neqvam, hoc titulo insignivi, sed meum dominum affatus sum. Deinde eodem die episcopus ejusqve filii securi percussi sunt; Hi ingentibus iisqve multis animi æqve ac corporis dotibus præditi, progeniem ex se reliqverunt amplam, cæterisqve in Islandiâ nobilitate & præstantia excellentem. Erat præterea episcopus optimus sui ævi poeta: Pepigit præclarum illud canticum, qvod **Píslargrát** sive luctum passionis inscripsit, de passione domini; Est autem Oda hæc, omnis superstitionis expers, ad ductum sacræ paginæ omnino accommodata, qvam paulo ante obitum cecinisse fertur. Canticum qvoqve, qvod **Davídsdikt**, sive Melos Davidicum vocavit, & impresso odarum Islandicarum codici insertum est, composuit Plura adhæc carmina, qvæ inter, cum hyeme qvadam cerevisia & aqva mulsa, ad propinandum hospitibus, ipsi deesset, hujus tenoris unum, fundebat:

Tabulas chartasqve lusorias ad manum habeo
Orbiculos tibiasqve talosqve
Alveum cum perpolitis Latrunculis
Etiam qvadrangulam aleam
Lyram admodum intentam
Nervis ex intestinis cæcis,
Chelyn dulcisonam *)
Comparavi cum chordis.

*) Vel si placet Simphoniam ita dictum instrumentum musicum.

Are son hanns var hofdinge mikell og miøg vitur madur *] til løgmanns kosenn. Hann átte Halldóru dóttur Þorleifs Grímssonar á Mødruvøllum. Þau áttu tvær dætur Helgu og Þóru. Þóra giptez Jóne Sigurdssyne í Christnese, nordur í Eyafyrde. Helga Paule Jónssyne á Reykhólum, sýsslumanne yfer Isafiardar sýsslu. Þeirra born Petur Pálsson á Stadarhóle. Hanns son Biarne Petursson. Elen Pálsdótter átte Biørn Benedictson, þeirra son Magnús Biørnsson løgmadur. Enn dætur Sigrídur og Gudrún. Ragneidur Pálsdótter átte fyrst Gissur Þorláksson, þeirra syner Jón og Magnús, sídan giftez hún aptur Síra Sveine Símonssyne ad Hollte í Ønundarfyrde á Vestfiordum. Þeirra syner Síra Gissur á Alftamyre og Mag. Brinjólfur Sveinsson, biskup í Skálhollte. Fleire syne og dætur átte biskup Jón sem gøfugt fólk er út af komed. Síra Biørn var og miked mannval. Hann átte mørg børn epter og voru þá úng. Þeirra móder var Steinun dótter Jóns bónda frá Svalbarde Magnússonar, Þórkelssonar prests Gudbiartssonar. Steinun var kvennval miked, Jón var sonur þeirra, Magnús, Teitur, Are og Biarne; dætur Ragneidur og Halldora. Ragneidur móder Biarna Sigurdssonar á Stockeyre. Um fólks fiollda á Saudafelle þá biskup Jón var fángadur og aftoku þeirra fedga, skrifar so Arild Hvítfeld í stytsta mále:

" Enn ádur enn kóngs skipenn kómu til Islands þá var biskup Jóne til sinnes ad þvínga under sig Dada Gudmundsson, mág biskups Marteins og verda herra yfer øllu landenu, kom so vestur med 500 manns, Dade hafde 300, og skrifar Arild, Dade hafe haft lánga áminníngar rædu til biskupsmanna, um ad brióta ei á ser løg med ødru fleira er hann tilfann, sídan hafe fólk frá biskupe burtgeinged, en þá lided geck frá biskupe,

*] Til løgmáls.

Filius ejus Arius erat vir magnificentiâ ſapientiaqve clarus: Uxorem habuit Haldoram Thorlevi Grimæi Mödruvallenſis filiam. Iis filiæ erant duæ Helga & Thora; hæc Jonæ Sigurdæo de prædio Chriſtneſia qvod in tractu Eyafiördenſi ſitum eſt nupſit; illa vero Paulo Jonæo Reykholenſi, toparchiæ Bardaſtrandenſis judici; Liberi eorum erant 1. Petrus Pauli qvi Stadarholi ſedebat, filium habuit Biarnum. 2. Helena Paulæa, Biörnoni Benedictæo maritata eſt: eorum filius Magnus nomophylax, filiæ vero Sigridis & Gudruna. 3. Ragneidis Paulæa, primum nupſit Giſſuri Thorlacio ex qvo filios Jonam & Magnum progenerabat: Alterâ vice matrimonio juncta eſt domino Svenoni Simonis filio, Holtenſis eccleſiæ, in occidentalis Islandiæ ſinu, qvi Onundarfiördur audit, paſtori. Eorum filii, Giſſur Alftamirenſis eccleſiæ paſtor, & magiſter Brinjulfus epiſcopus Schalholtenſis. Plures utriusqve ſexus liberi erant Jonæ epiſcopo, claram ex ſe relinqventes ſtirpem. Filius ejus dominus Biorno, vir ſpectatæ virtutis, multos ex Steinuna Jonæ Svalbardenſis heri, cui Magnus, cui Thorchillus paſtor, cui Gudbiartus pater, filiâ, fæminâ honeſtâ, utriusqve ſexus liberos ſuſcepit, qvi in tenerrimâ ætate patre orbati ſunt. Filii eorum erant Jonas, Magnus, Titus, Arnas & Biarnus; Filiæ vero Haldora & Ragneidis, qvæ Biarno Sigurdio Stocheyrenſi mater. Multitudinem Saudafelli utraqve ex parte concurrentium cum caperetur epiſcopus Jonas, ejusqve & filiorum ſupplicium Arildus Hvitfeldus hoc modo perſtringit:

" *Antequam naves a rege miſſæ in Islandiam appulſæ ſunt, epiſcopus Jo-*
" *nas in animo habuit oppreſſo Dadio Gudmundæo epiſcopi Martini ſororio,*
" *totam regionem in ſuam redigere poteſtatem, eaqve intentione,* 500 *inſtruc-*
" *tus militibus in occidentalem qvadrantem iter facit. At Dadius, poſtqvam*
" *ad militem epiſcopi multam habuerat orationem, qva dehortabatur, ne vim*
" *aut injuriam ſibi inferant, aut infeſtent, affulgente per deſertionem hoſtium*

" núm og Dade sá ser fære, fángade hann biskup Jón og hanns
" tvo syne, færde þá í Skálhollt og rádgadez um vid kóngsens
' fógeta Christian skrifara hvad best være afrádande? og redez
" þad af ad biskup Jón og hanns tveir syner vóru hálshøggner.

Thort hinn Norske skrifar í sama máta her um:

" Biskup Jón stundar epter ad koma, under sig øllu Is-
" lande med hardráde, enn hann var um sider fángenn og af
" Kongel. Mayts. liensmanns befalíng med tveimur sinum son-
" um hálshøggvenn. Biskup Jón og syner hanns Síra Biørn og
" Are, voru greftrader í Skálhollte á Kórbake 7 nóttum epter
" allraheilagra messu sem var 8 Novembr. Enn um veturenn
" epter Pálsmessu vóru sókt lík þeirra fedga og uppgrafenn í
" Skálhollte og flutt nordur til Hóla og aptur greftrud ad dóm-
" kyrkiunne ad Hólum. Þetta liet giøra Helga kvinna biskup-
" sens, Steinun Jónsdótter kvinna Síra Biørns og Þórun bisk-
" ups Jónsdótter á Grund, þær senda kistur og anann umbun-
" ad med fiølmenne sudur ad flytia líken nordur til Hóla og þar
" ad kyrkiunne greftra:

Veiddez í Eyrarsunde einn undarlegur siskur hañ færdez til Kaupenhafnar til kóngsens. Hann hafde mind sem manns hofud og á hofdenu sem múkakrantz, en hafde húd af skielium ad mind sem múkakápa, og let kóngurenn sama fisk uppmála. Epter Kongel. Mayts. befalningu útleggz í Danmørk Lútheri Þýdska Biblia á Donsku, og sídan á Hans Kóngel. Mayts kostnad prentud. Pestilentia allstadar í Danmørk, burttók marga. Jubil ár hellz í Róm. Kóng Christian sende grótzfurstanum af Mosen eitt kostulegt sigurverk, enn hann kunne ei þar uppá og sende þad aptur. Franska kóngsens hrædeleg befalíng móte Lútheranískum, eins líka og keysarans í Nidurlande. Vid Mersburg í Saxen rann ein kellda med blód. Július páve þridie 5 ár 1 mánud 16 daga.

" *a suo principe, occasione, episcopum ejusqve duos filios, auxilio tre-*
" *centorum qvos habebat stipatorum, capit, ducitqve Schalholtiam, ubi*
" *habita cum præfecto regis Christiano scriba, de captis, deliberatione, se-*
" *curi percussi sunt.*

Curtius Norvagus simili modo hac de re scribit.

" *Episcopus Jonas universam Islandiam dominatui suo vi subjicere af-*
" *fectavit, sed tandem captus, & jussu præfecti regii, cum duobus suis*
" *filiis decollatus est. Episcopus Jonas ejusqve filii dominus Biörno &*
" *Arius, septimo post Festum omnium sanctorum, sive octavo mensis No-*
" *vembris die Schalholtiæ pone chorum templi sepulti sunt; sed eadem*
" *hyeme, post Festum conversionis Pauli, instinctu & cura Helgæ conjugis*
" *episcopi, ejusqve filiæ Thorunæ Grundensis itemqve Steinunæ conjugis*
" *domini Biörnonis, turbâ hominum cum capulis alioqve funebri appara-*
" *tu Schalholtiam missa, de sepulcro reffossi sunt, Holosqve transportati,*
" *in templo cathedrali ibidem reconduntur.*

In freto Oresundico monstrum qvoddam piscis, capite scilicet ad formam humani, gestantis cucullum (coronam monasticam) composito, reliqvô vero corporis testudine, ad formam stolæ monasticæ obductô, capiebatur, Havniamqve deportabatur ad regem, qvi formam ejus depingi curavit. Biblia Lutheri Germanica jussu Regiæ Majestatis in lingvam Danicam translata, ejusdemqve impensis impressa sunt. Pestilentia per universam Daniam grassata, multos absumsit. Annus jubilæus Romæ celebratur. Rex Christianus principi de Mossen nobile donavit horologium, sed cum is usum ejus non calleret, munus remittit. Rex Galliæ & imperator Belgicus horrenda edicta adversus Lutheranos promulgant. Ad Mersburgum in Saxoniâ fons qvidam sangvine scaturiit. Julius 3tius. per 5 annos, unum mensem diesqve 16 papali dignitate functus est.

Anno 1551 þeir fedgar biſkup Jón og ſyner hanns voru miøg harmader af alþýdu manna um nordurlanded og bar ſo vid um veturenn ad vermenn ferduduz ſudur og heyrdu þeir þær rædur og ummæle af almúgafólke ad eingen hefnd ſkyllde koma epter ſlíka menn, ſem biſkup Jón hafde vered og ſyner hanns og nú fære aptur nordlendíngum. Einnen var þetta talad um ſudurſveiter, ei ſídur af kvennfólke enn karlmønnum. Þetta þótte nordlendíngum ſem ſudur reru illt ad heyra og ſkapraun og geimdu þetta í gede ſínu um veturenn, þar til vortímenn leid af. Sídan tóku ſig ſaman med ſambande nær 30 menn og ferduduz til Kyrkiubóls *) á Midneſe, þar var þá í ſinne neſiareid fógetenn frá Beſſaſtødum Chriſtian ſkrifare med ſínum mønnum, þeir tóku hann og aflífudu og alla hanns menn einnen hanns únga ſon ſem het Balldvín. Þeir høfdu uppe þá hina dønſku menn hvar ſem þeir voru um Sudurnes. Alls drápu þeir 14 menn, letu þetta heita hefnd epter þá fedga, og er þetta kallad Danſka ſlag. Þeſſer menn urdu ſídan landflótta marger og voru þeir 16 er í England ſigldu. Marger letu og úte ſtórfe. Síra Sigurdur á Greniadarſtødum ſonur biſkups Jóns fór til Hólaſtadar, ſem í arf ſetiandez epter ſinn fødur og rede hann þá ad nockru leite fyrer á Hólum. Síra Biørn Gíſlaſon var tilkiørenn ad vera vicarius Hóla biſkupsdæmes og umbodsmadur dómkyrkiunnar vegna, tók ſig þá upp Síra Sigurdur med margann mann móte ſumarmálum ſem fyrr er áhrært og reid í Skálhollt og ſókte líkame þeirra fedga, og láu þeir þar í iørdu frá 8da Novembris fram ad ſumarmálum. Vóru þá líkenn ſett á kviktre og feſtar vid tvær ſmáklučkur og biøllur ſvo ſíhríngt var þá børurnar hrærduſt, ſo voru og ſtórhríngíngar á kyrkium þar ſem þeir um fóru. Þeir ferduduſt med líkenn

*) I Garde.

Anno 1551 per borealem Islandiam funus defuncti episcopi filiorumqve ingenti luctu proseqvitur populus. Hac hyemê cum viri boreales pro solito more in australem qvadrantem, piscium capturæ operam navaturi proficiscerentur, ab utriusqve sexus in australi qvadrante, hominibus, in ignaviam admodum degenerare boreales, siqvidem tantorum virorum mortem, episcopi scil. Jonæ & filiorum non ulciscerentur, sibi passim probri loco objici indigne admodum tulerunt, celatâ per universam hyemem indignatione. Instante autem tempore, qvo domum redire solebant, triginta eorum, factâ conjuratione, præfectum Bessastadensem Christianum scribam partibus suis per Sudurnesias incumbentem Kirkiuboli in Midnesiâ, cum suis, & in his filiolum Baldvinum opprimunt, atqve ad unum omnes occidunt, Danos in vicinitate degentes persecuti, adeo ut 14 eorum necarent: qvod borealium facinus, in ultionem mortis episcopi filiorumqve factum, Danophoniæ nomen sortitum est. Authores sceleris extorres deinde facti sunt, qvorum pars id est 16 in Britanniam profugere, pars vero ingenti pecunia multati, [patriæ restituuntur.] Dominus Sigurdus Greniadarstadensis pastor episcopi Jonæ filius, Holos, qvasi hæreditatem persecuturus, concessit, res qvadamtenus ididem dirigens. Dominus Biörno Gislonius diœceseos vicarius, templiqve Holani mandatarius sive curator eligitur. Æstate hujus anni appropinqvante dominus Sigurdus, ingenti stipatus comitatu ut supra tangebamus, Schalholtiam ad deportanda Holos cadavera parentis fratrumqve suorum, iter facit, ubi a die 8 Novembris huc usqve sepulta jacuerunt, nunc vero tigellis sive longuriis inter binos eqvos junctis imposita sunt, appensis desuper binis campanulis & tintinnabulis, qvæ motis feretris perpetuum sonum edebant. Honorantur qvoqve reliqviæ a templis ob-

til Hólastadar, og vóru þeir grafner ad messu á midiu kyrkiugólfe yfer frá capellu. Kallar Síra Biorn saman um vored til Hóla, heim á prestastefnu mánudagenn næstan §] epter tveggia Postulamessu lærda menn. og nefner þá í dóm, um peninga epter biskup Jón. Þar var Thómas bróder, ábóte á Múkaþverá, Jón Matthiasson, Gottskálk Jónsson prestur. Enn 20 voru þeir. Þeir dæma ad biskup Jón mege erfaz, þar hann var ecke vígdur bróder edur ábóte og segia biskup Gottskálk hafe erfdur vered og þar um*) seu gerder med erkebiskupsráde og segia þeir Síra Sigurdur hafe reikníng gert og staded kyrkiunne, og ad auk hennar inventariis være samanreiknad, nær XII: Hundrud Hundrada sem aukez hafde, og þar ecke íreiknud Ornamenta innan kyrkiu, og þar af mættu erfíngiar egnaz fiórda partenn, hitt gánge í skullder med þeim fleirum adhnígande greinum sem þeir í dóm innsetia á Hólum.

Ormur Sturluson verdur løgmadur fyrer nordan og vestan á Islande, en Erlendur samt fyrer sunnan og austan. Thorleifur Pálsson fæst nú ei til løgmann ad vera, þar honum var ádur frá viked fyrer magt biskups Jóns. En Are løgmadur innsettur aptur. Um vored komu út tvø strídsskip fyrer nordan á Eyafyrde vid Oddeyre, send af kóng Christian 3ia ad sækia biskup Jón og syne hanns, á þeim vóru þeir tveir herramenn, Christophert) Trúndson høfudsmadur til **] Ophilhollß, og Axel Júl til Vildstrup. Var þá biskup Jón og þeir brædur deydder sem ádur seger, samt kløgudu þeir herramenn uppá þá og þeirra giørnínga kóngsens vegna og var sett fiórdúngs þíng ad Oddeyre af Orme løgmanne Sturlasyne fyrer nordan og vestan

§) Fyrer. *) Same giørdur.
†) Tindzen. **) Ephilholt.

obvüs solenni æramentorum sonitu. Tali pompa Holos delatæ atqve ibi in medio templi Cathedralis, e regione sacrarii, monumento reconditæ sunt. Vere hujus anni die lunæ, qvi Festum Philippi & Jacobi proxime seqvitur dominus Biörno 20 clericorum qvos inter frater Thomas abbas Munkathvêraensis, Jonas Matthiæ, & Gotheschalchus Jonæ filius pastores, Holos convocat, ut decernerent num episcopi filiorumqve bona legitima successione ad posteros eorum devenire deberent (an Fisco adjudicanda essent) nec ne? Apud qvos affirmativa obtinuit, has adferentes rationes: episcopum Jonam institutis monasticis non fuisse initiatum, episcopi Gotschalchi bona ad hæredes legitimos, secundum confirmata hac de re ab archiepiscopo acta devenisse. Inferunt qvoqve inter alia judicio suo, dominum Sigurdum explicitissimas templi cathedralis accepti expensiqve rationes confecisse, cumqve, præter templi ornamenta, ærarium XII. assium maximorum pretio ditatum reperiatur, judicant, ut hæredes qvadrantem ejus summæ patrimonii loco accipiant; reliqvum vero nominibus solvendis destinetur cum pluribus observationum sententiæ judiciali insertis. Vormus Sturlæus borealis & occidentalis qvadrantis nomophylax factus est, Erlando in reliqvis qvadrantibus hoc officio functo cum Thorlevus Pauli, vi episcopi Jonæ filium Arium intrudentis, ante officio depulsus, oblatum de novo nomophylacis munus recusaret. Vere hujus anni rex Christianus 3. duos nobiles viros Christophorum nempe*] Thrundsonium**) Ophilholtensem dominum & Alexium Julium dominum Vildstrupensem, cum binis navibus præsidiariis præfectos in Islandiam, episcopum Jonam filiosqve captum & transportatum mittit. Qvamis autem e-

*] Tindzonium. **] Ephilholtensem.

á Íslande. Var og sendt stríðsskip fyrer vestan, segia Íslendíngar að alls hafe send vered 4 skipenn, en Arild Hvítfelld helldur það ecke. Otthe Stígsson var fyrer sunnan skipum, her um skrifar Arild:

" Sende kóng Christian 3die 1. orløgskip og á Axel Júl og
" Christopher *) Trúndsson til Íslands fyrer nordan og Ottho
" Stígsson med eitt fyrer vestan. Þeir høfðu 500 manns med
" ser og var befalað að fánga biskup Jón og hanns syne og fœra
" þá fram og leysa biskup Martein, og hann aptur innsetia.
" Sømuleides að taka hylling af Íslendíngum, með góðu eður
" hørdu, koma þeim til hlýðne. Enn ef so være þeir kynne
" ei að fá biskup Martein lausann eður hann være under lok
" liðenn, skylldu þeir setia einn annann biskup her inn, sem fram
" villde fylgia þeirre ordinantiu sem kóngurenn hafðe láted til
" landsens senda, sem þeirra bestillíngs bref framar útvísar. Hann
" skrifar og líka til Daða Gudmundssonar í Snóksdal, Erlende
" Þórvardssyne løgmanne sunnan og austan á Íslande, Pále
" Vigfússyne á Hlíðarenda. Ejólfe Einarssyne í Dal, Byrne §)
" Ejólfssyne á Ketelsstøðum, Byrne Jónssyne á Eivindará, Þór-
" leife Grímssyne á Møðruvøllum, Þorsteine Fimmbogasyne að
" Hafrafellstúngu, Jóne Magnússyne á Svalbarðe, Orme Jóns-
" syne að Draflastøðum og Eigle Jónssyne að Skarðe; þackan-
" de þeim að þeir høfðu þar til vered holler og trúer, undersát-
" ar og hlýðuger, girnandez framveiges að þeir skylldu so vera,
" og vera hanns tilsøgn heiruger og hlýðuger mót biskup Jóne,
" það skyllde og með allre náð verða medkennt. It. þegar
" þeir herramenn Axel Júl, Christopher Trúndsson og Ottho
" Stígsson til landsens komu, hafðe Daðe útrett þeirra erende;
" síðan innsettu þeir Olaf Hialltason til biskups í hanns stað, og
" hann með prestum, løgrettumønnum, sysslumønnum og øllum

*) Tindzen.

§) Erlendssyne.

piſcopus ſuiqve filii, ante ut dictum eſt, capite mulctati eſſent, regis nomine incuſarunt, qvare a Wormio Sturlæo borealis occidentalisqve nomophylace forum qvadrantale ad hanc cauſam tractandam loco modo dicto conſtituitur. Secundum relationem Islandorum navis una præſidiaria in occidentalem Islandiam mittebatur, perhibent enim qvatuor fuiſſe miſſas, qvamvis Arildus Hvitfeldus hoc neget. Ottho Stigæus navibus, qvæ in auſtralem qvadrantem miſſæ erant, præerat. Hac de re ita Arildus:

„ *Rex Chriſtianus* 3. *Alexium Julium & Chriſtophorum* *) *Thrundzonium, cum una præſidiaria navi in borealem, & Otthonem Stigæum cum altera in auſtralem Islandiam* 500 *ſtipatos clasſiariis, mittit ut epiſcopum Jonam ſuosqve filios captos in Daniam transportarent, epiſcopum Martinum carcere, liberatum in priſtinam dignitatem reſtituerent, atqve Islandos volentes nolentes jurejurando ad obſeqvium fidemqve regi præſtandam obſtringerent: Epiſcopus vero Marthinus ſi aut liberari neqviret, aut interiiſſet, alium in ejus locum qvi Ordinationem Eccleſiaſticam ab ipſo rege in provinciam miſſam urgeret, ſufficerent, ut libellus functionis eorum ulterius indicat. Ad Dadium qvoqve Gudmundæum Snochsdalenſem, Erlandum Thorvardæum orientalis auſtralisqve nomophylacem, Paulum Vigfuſæum Hlidarendenſem, Eyolfum Einaræum Dalenſem, Biörnonem* †) *Eyolfæum Ketilſtadenſem, Biörnonem Jonæum Eyvindaraenſem, Thorlevum Grimæum Mödruvallenſem, Thorſtenum Fimmbogonium Hafrafellstungenſem, Jonam Magnæum Svalbardenſem, Vormium Jonæum Draſlaſtadenſem, Egillum Jonæum Schardenſem, literas mittit rex, qvibus pro exhibita, ut ſubditos decet, fide & obſeqvio, gratias refert, inſimul innuens ſe eorum in obſeqvio mandati ſui adverſus Jonam epiſcopum in poſterum perſeverantiam omni gratia agniturum. Item cum Alexius Julius, Chriſtophorus Thrundzonius & Ottho Stigæus in Islandiam devenerunt, Dadius eorum negotia in ſuſtollendo Jona epiſcopo filiisqve expedierat. In locum deinde ſublati epiſcopi ſurrogant Olaum Hialtæum, qvi cum ſacerdotibus, nomophylacibus, pedariis, toparchis, univerſoqve borealis diœ-*

*) Tindſonium. †) Erlandæum.

" almúga, fyrer nordan í Hólastigte hylltu og sóru kóng Christ-
" ian og hanns son hertug Friderich, og framsendu þeirra hyll-
" íngar bref, hvar inne þeir um alldur og æfe pligta sig til ad
" vera, under Danmerkur krónu epter, þvi sem Hanns Mayst. hef-
" ur landenu náduglegast tilgefed þeß yfersión. Það bref út-
" gefed á Oddeyrar þinge dag 15 Jún. 1551. J sama máta
" skrifar Marteinn Einarsson biskup, prestum og løgmønnum,
" løgrettumønnum, sysslumønnum. Allur almuge fyrer sunn-
" an og austan í Skálhollts stigte sór sig under kóngsens hollustu
" og Danmerkur ríke á Oxarárþinge, Odensdagenn epter Petri
" og Pauli 1551. Eirnen í sama máta, edur um þann tíma
" dæmdu løgmenn, sysslumenn og bændur fyrer nordan, Biskup
" Jón og tvo hanns syne Síra Biørn og Ara fyrer landráda-
" menn og þeirra góts fast og laust under crúnuna, þó epter is-
" lendskum løgum fyrer á sett giallð á Oddeyre sem fyrr seger
" og þar epter sigldu kóngs skipenn fram. Síra Olafur Hiall-
" tason var med þessum herramønnum sem her getur. Þeir
" letu hann ráda Hóla biskupsdæme, sigldi hann med þeim og var
" útvalenn til biskups og vígdur um vetrenn epter. Heyra
" letu Nordlendíngar nockrer þad á ser og villdu hafa Síra
" Sigurd son biskups Jóns kiøred til biskups, ecke villdu herra-
" mennerner það, óttudust hønum munde í kyn kippa, hvad hann
" þó alldrei ásynde." Thort Axelsson skrifar so: " Biskupar
" af Jslande og adrer yfermenn hylltu kóng Christian og hanns
" son Friderich, og tilsegia kóngenum af Danmørk æfenlega und-
" ergefne og hlídne. Kóng Christian skrifar Dada Gudmunds-
" syne til med þessum title, **Vorum elskulega Dada bonda**
" **Gudmundssyne í Snoksdal að Voru lande Jslande**
" 2c. 2c. og bidur hann ad mótstanda biskupe Jóne, en styrkia
" sina befalíngsmenn.

Christian med Guds nåd Vor gunst tilforna.
Vited ad Mer fyrer utan efa vitanlegt er hvernen ad sá

„ *cæſeos populo regi Chriſtiano, ejusqve filio duci Friderico fidem & ob-*
„ *ſequium homagio obligant, ſuiqve ſacramenti libellum in foro Oddeyren-*
„ *ſi die* 15 *Junii* 1551 *compoſitum, qvo ſe imperio Danorum in perpe-*
„ *tuum parituros, ſiqvidem Regia Majeſtas, patriæ, qvo ſe commaculaſſet,*
„ *crimen, gratioſe condonaſſet, pollicentur, ad regem mittunt. Scribit qvo-*
„ *qve Martinum epiſcopum Enaræum cum paſtoribus, nomophylacibus, pe-*
„ *dariis, toparchis, univerſoqve diæceſeos Schalholtenſis populo, in foro*
„ *Oxaraenſi (generali) die mercurii a feſto Petri & Pauli proximo* 1551
„ *regem Chriſtianum ſalutaſſe, ſacramentoqve Danorum principis imperio*
„ *ſe ſubjeciſſe. Hoc qvoqve ipſo tempore borealis Islandiæ nomophylax, pe-*
„ *darii, toparchæ, laicique Oddeyræ, uti dictum eſt, Jonam epiſcopum &*
„ *dominum Biörnonem & Arium filios, læſæ majeſtatis crimine* 2: *perditæ*
„ *exteris patriæ damnant, omniaqve eorum tam mobilia qvam immobilia*
„ *bona ærario publico adjudicant, eo tamen pacto, ut, ſecundum leges Is-*
„ *landicas, certa pecuniæ ſumma redimerentur. Hoc facto legati in Dani-*
„ *am trajiciunt, dominum Olaum Hialtaum, epiſcopum electum, qvem diæ-*
„ *ceſi Holanæ præfecerant, ſeqventi hyeme ordinandum, ſecum vehentes.*
„ *Qvidam borealium dominum Sigurdum epiſcopi Jonæ filium epiſcopum*
„ *eligi præoptarunt, ſed legatis, metuentibus eum, parentem indole rela-*
„ *turum, licet id nunqvam oſtenderet, improbantibus.„ Curtius Alexii*
hunc in modum ſcribit: „ *Epiſcopi aliiqve Islandiæ magnates Chriſ-*
„ *tianum ejusqve filium Fridericum regem ſuum ſalutant, Danorum ſe*
„ *principi in perpetuum ſubmittentes. Rex Chriſtianus ad Dadium*
„ *Gudmundæum literas, hac inſcriptione: Dilecto Nobis Dadio hero*
„ *Gudmundi filio, Snochsdali in provincia Noſtra Islandia habi-*
„ *tanti, dedit, qvibus, ut epiſcopo Jonæ reſiſtat, ſuosqve præfectos ju-*
„ *vet rogat*".

Chriſtianus Dei gratia &c. *præcedentem Noſtram gratiam.* Sciatis perſpectum Nos habere, qvod contumax ille bo-

Anno 1562 Hyems mediocrî vehementiâ ſævit, die autem viridium tempeſtas e ſeptentrione orta, nivibusqve horrenda, gregibus admodum exitialis, toto cælô confremuit. Solvega monaſterii Reineſtadenſis Abbatiſſa obiit, moniales enim aliqvot ibi ſe hoc tempore continebant. Herus Gunnerus Gislonius præfecturam monaſterii geſſit. Dominus Gudbrandus Thorlaci, conrectoratu ſcholæ Holenſis per biennium functus anno ætatis 21. in ſinu Patrixfiörd nave aſcenſâ in Daniam trajecit, ubi triennio ſtudiorum gratia hæſit, ſumtibus D. Pauli archiepiſcopi ſuſtentatus. Paulus Vigfuſi nomophylax a paſtore Stephano Olavio & Erlando Theodoræo gravi admodum calumnia proſcinditur, cujus inqvirendæ gratia a Paulo præfecto Stigi filio, forum, 24 pedariis judicibus delegatis, in Olveſia conſtitutum eſt. Produxit primum præfectus traditas ſibi ab Erlando Theodoræo literas qvibus inter alia dicebatur, qvod Paulus nomophylax eqvum in Eyolfi Kolgrimi filii haſtile eo non prævidente, concitaſſet, qvade cauſa lethale vulnus in ventre accepiſſet: item: qvod hic ante qvam moriretur coram Stephano Paulum nomophylacem interfectorem ſuum declaraſſet. Aderat in forô Stephanus confeſſus ſe literas exarâſſe obſignaſſeqve. Poſtulante deinde nomophylace ut juramento purgatorio ſe defendere liceat, judices ea lege, ut duodecim teſtes jurato confirment, id permittunt. Ille vero ſancte abjurat, ſe ſive vi ſive dolo, ſive conſulto ſive fortuitô Eyolfô Kolgrimæô mortem acceleraſſe. Tali modo ſceleris convictus Stephanus ſe indignatione motum

þetta bref skrifad, fyrer því ser hefde misþóknaz lögmannsens ord, er hann kom heim til hanns ad Hlídarenda, hvor ord dómendum virdez umvondunar ord, epter skylldu tolud hafa vered, af lögmanneunm, dæma þeir þetta ad vera rett banarád, og Paule lögmanne LX Hundrud í banaráð og bætur af Stepháne og í annare grein epter rógs capitula, þar madur ræger vid kóng biskup, jarl edur sýsslumann se slíku sekur. Item ef madur líser ecke víge, dæma þeir landzvist og líf Stephanar til kóngsens náda í hvern máta hann villde vid hann höndla fyrer þennann óheyrelega giorníng. Eggert lögmadur útnefnde dóm á Oxarár þínge um þá menn sem lofa med vottum og handsolum þá mey edur konu ad eiga og liggur med henne sídan og um adra þá sem kaupa ser mey edur konu, og leggiast sídan med, láta lýsa en vilia ei þessar sínar konur festa edur og þær vilia ei þessa menn samhyllaz til löglegrar festíngar, þetta virdez þeim óleglegt framferde og ecke lidaz meiga, epter Guds lögum og manna og dæma þeir hverutveggiu skylduga sínar konur ad festa. En vilie þeir þad ei ad lidnum lýsíngum, skyllde þínga prestur giora þeim áminníng næsta sunnudag epter ad festa konu þá, vilie hann ei þá, giallde giftíngarmanne fullrette. En á ødrum sunnudeige med samre áminníngu og þessare giallde giftíngarmanne tvofalldann rett, vilie hann þá ei festa á þridia sunnudeige, med samre áminníngu, giallde giftíngarmanne tvofalldann rett en kónge 4 merkur í dómrof. En láte hann lída mánud upp frá því og fester eige se fángadur af kóngsvallde, under slíka refsíng sem XII. menn dæma. Kemur inn í landed kóngs Friderichs II. bref um þad ef lögmenn gefa út ránga úrskurde take hyrdstióre til sín 24 menn hinna skilvísustu, sem honum líst nær hann vill, og med þeirra tilsión skal hann fulla

ſuper dictis a nomophylace Hlidarendæ in ſe ingeſtis, prædictas literas compoſuiſſe confitetur. Qvibus obſervatis judices nomophylacem, Stephanum merito & pro officii ratione reprehendiſſe, hunc vero cædem in illum conſuluiſſe æſtimant, Stephanoqve, [ſecundum hoc legis de Calumnia præſcriptum: Siqvis alterum apud regem, epiſcopum, comitem vel toparcham detulerit &c.] multam 240 imperialium, ſatisfactionis loco nomophylaci ſolvendam, irrogant, relicta flagitii vindicatione regis arbitrio, ſecundum illud legis: ſiqvis cædem a ſe commiſſam non profeſſus fuerit &c. Egerhardus nomophylax in foro Oxaraenſi, de procis, qvi deſponſatam ſibi, interpoſita ſtipulatione teſtibusqve præſentibus: virginem aut fœminam, ſive qvi peractis ſolenniter ſponſaliis & pro ſacris roſtris publicatis, ſtuprant, nuptias vero celebrare recuſant, itemqve de ſponſis, qvæ proco ſtupratori connubio jungi nolunt. Qvæ cum intoleranda, & divino humanoqve juri ſint contraria, talis ſponſus nuptiarum peragendarum lege obſtrictus judicatur: qvibus adornandis poſt ter promulgata ſponſalia ſi abhorruerit, a ſacerdote, ſeqventi dominica admoneatur; ſi poſtea per integram ſeptimanam procraſtinaverit ſponſori æſtimationem ſolvat; poſt alterius ſeptimanæ ſpatium ſimiliter admonitus ſi perſeveraverit, dupla eſto mulcta. Qvod ſi poſt tres hebdomadas totidemqve admonitiones obſtinatus manſerit, ſponſori duplam æſtimationem, regi vero pro contemtu legis 4. marcas, expendat: dilatis per integrum menſem nuptiis, a præfecto captus ſtatutam a 12 arbitris pœnam luat. Regis Friderici 2. conſtitutio qva ſancit, ut præfectus aſſumtis ſecum, qvocunqve tempore placuerit 24 probatiſſimis viris poteſtatem habeat dicendi ſuper ſententia a nomophylace fortè injuſtè latâ, judicium, eumqve qvi injuria af-

magt hafa ad kalla aptur þeirra ólöglega úrskurde; og láta hinn mishalldenn rett fá. (Síra Jón Matthiasson hinn Svenske á Breidabólsstad, prentade Gudspiallabók epter forlagé hr. Olafs Hialltasonar. O. E. S.)

Kóng Erichs legatar af Svíaríke, komu aptur frá Danmørk med óútretta sok. Hófz stríd millum Dana og Svía. M. Páll Mathsson vard biskup í Ribe. Vors kóngs legatar Eyler Hardenberg og Jóhann Tundsen kómu af Rússlande og hofdu med ser grótzfurstans legata. Innbyrdes stríd í Frankaríke fyrer Religionem. Jóhannes Stygelius einn merkelegur Poeti deyr. Hertoge Vilhelm af Saxen deyr.

Anno 1563 deyde Dade Gudmundsson í Snóksdal hafde hann þá veikur vered um nockur fyrerfarande ár af átumeine í andlite. Hann var barnlaus þá og þau húsfreya hanns, Gudrún Einarsdótter sem þá hafde 74 ára allburs; var erfínge Dada hanns dóttur sonur Hannes Biornsson, sem þá var í ómegd: Lætur Eggert logmadur her um dóm gánga í Snóksdal hver umbod Hannesar skule hafa, á þeim gótzum er epter Dada fellu og virdtez dómendum eingenn betur fær til fyrermenníngar, forsvars og fyrersiónar þó nockrar kvennpersónur nær stæde, enn Eggert logmadur hver ed var fodur bróder, þessa únga manns Hannesar Biornssonar, og dæma honum umboded og forsvare ollu fyrer gótzunum ad hallda innanlands þad mogulegt sie. Skulldner løglegar ad greida, gótzenn sídan virda láta og ávoxtu eignaz; geta þeir í dómenum ad hyrdstiórenn hafe átolur á gótzum Dada og fógetenn hafe sendt sinn umbodzmann þángad á Þínged med brefe Andres Hoffmann og láta uppskrifa alla peninga epter Dada,

fectus est, ad jus suum obtinendum juvet. (Dominus Jonas Matthiæ, Svecus, Breidabolstadensis pastor, Evangelia Dominicalia, auspiciis Olai episcopi literis impressit. O. E.) Erici Sveciæ regis legati ex Daniâ ré infectâ reversi sunt. Bellum inter Danos Svecosqve incipit. M. Paulus Mathsonius Ripensis episcopus creatur. Regis Friderici secundi legati, Eylerus Hardinbergius & Johannes Tundsonius ex Russia reversi, principis magnifici legatos adducebant. Bellum intestinum in Gallia ob religionem geritur. Johannes Stygelius, poëta eximius fatis cessit, itemqve Vilhelmus dux Saxoniæ.

Anno 1563 Dadius Gudmundæus Snochsdalensis, qvi per aliqvot elapsos annos, ex cancrô faciem infestante, laboraverat, animam efflavit, nullis ex uxore Gudruna Enaræa, qvæ annum jam 74. ætatis agebat, liberis relictis, qvare tota hæreditas, ejus ex filiâ nepoti Hannæ Biörnonis filio, qvi nondum justâ erat ætate, cessit. Hinc nomophylax Egerhardus judicibus delegatis Snochsdali decernendum proponit, qvis impuberis pueri, ejusqve patrimonii tutelam suscipere debeat. Qvi, posthabitis iis fœminæi sexus personis, ad qvas, ex norma legis, tutela pertineat, ipsum nomophylacem, adolescentis patruum, ut dignitate eminentem, ita huic oneri parissimum tutorem constituunt, eâ lege, ut omnem totius hæreditatis curam gerat, & qvantum in ipso sit, integram retineat, nominaqve legitima solvat, & facta bonorum æstimatione fructus omnes ipsi in possessionem cedat. Memorant qvoqve præfectum, mandatarium suum Andream Hoffmannum cum literis in forum misisse, qvibus postulet, ut omnia Dadii bona, utpote Fisco adscribenda, in numeros referantur, qvod illi, latâ contraria sententiâ fieri prohibent, sed hac de rê non prius,

hveriu þeir med ollu afslá í dómenum fyrst, so ad átolur þeirra skule standa til Alþínges, utan fyrre kynne ad semiaz med fógetanum og logmannenum og þeir hafe alldrei vitad Dada í nein þau mál falla ad hann hefde sína penínga forbrióta mátt, því þyrfte hanns penínga ei upp ad skrifa sem annann útlægan eyrer, helldur hafe þeir oftlega heyrt af Dada og odrum monnum, ad hann hefde kvittan fyrer ollum sínum málum. Um þennann tíma semur Eggert Hannesson logmadur vid hyrdstióran um ávirdíngar og brot Dada, heitens, vegna Hannesar, hvert umbod hann hafde, med 500 dolum. En þá Hannes kemur til logalldurs, fær hann Eggert fyrer þesse útlát og annad sem Dada snerte LX Hundrud, sem var Sæból á Ingialldssande, þann stad hlaut Elen Magnúsdótter epter móder sína Ragneide E. D. Kemur híngad til Íslands kóngs Friderichs annars bref, ad hver sem ad openberre villu yrde fundenn skyllde verda útlægur og missa lífed, ad þeir skyllde dæmaz epter Recessenum sem íslendsk log gerde ecke grein á ad sú andlega Ordinantia helldez yfer allt Ísland.

Eitt fóstur heyrdez gráta í módurennar lífe í Kaupenhafn VII vikum fyrr enn þad var fædt sem var eitt teikn um þad epterkomande stríd. Magnaz þad Svenska stríd millum kóngs Friderichs 2 og kóngs Eirichs í Svíaríke 18 Aprilis. Elsborg og Nylose inntekenn af kóng Friderich, 5 Septembr. Bardage fyrer Halmstad hvar Svenskar feingu ósigur og misstu 71 sticke. Steinn Stúre fyrer utan fríleide vill gánga í gegnum Danmork, og vard stemd leid fyrer honum í Kaupenhavn. Þeirra Líbsku stríd á móte Svenskum. Hertoge Johannes í Finnlande med allt sitt folk fángadur af sínum bródur kóngenum af Svíaríke.

Anno 1564. mikell hafís vid Ísland og tekner Selar á

qvam proximo foro generali, nisi interveniente inter nomophylacem præfectumqe transactione tractandum testati insimul se nescire qvod Dadius unqvam commissis delictis bonorum suorum confiscationis pœnam promeruerit, freqventer vero tum ex ipso, cum aliis, audivisse, qvod omnium suorum delictorum absolutionem consecutus fuerit. Hoc tempore Egerhardus nomophylax, cum præfectô, nomine pupilli sui Hannæ de delictis a Dàdio commissis, pactionem fecit, 500 imperialibus in satisfactionem datis. Hic, ubi ad puberem ætatem pèrvenerat, tutori Egerhardo, pro expiatione delictorum avi sui, 240 imperialium pretium, prædium nempe Sæbolum in Ingialdssandia situm, solvit. Hoc prædium Helenæ Magni filiæ, matrë suâ Ragneidê Egerhardi filiâ defunctâ, hæreditate obtigit. Constitutio regis Friderici 2di qvâ manifesti hæretici aqvâ & ignê interdicuntur, jubeturqve ut eæ causæ, de qvibus jus Islandicum non habet, secundum recessum decidantur, & ordinatio sacra vim legis habeat in Islandia, publicatur. Partus in utero matris, ante septem hebdomadas qvam ederetur Havniæ lacrymari auditus est, qvod imminens portendebat bellum. Diê 18 Aprilis bellum inter Fridericum 2dum Daniæ regem & Ericum Sveciæ regem crudescit. Die 2 Septembris rex Fridericus Elsburgum & Nylöfiam occupat. In pugnâ ad Helmstadium Sveci 71 tormentorum, una cum palmâ, amiserunt. Stenoni Sturio, qvi absqve venia iter per Daniam facere cæperat, Havniæ via intercluditur, Lubecenses adversus Svecos arma sumunt. Dux Johannes cum omnibus suis, a rege Sveciæ suo fratre, captus est.

Anno 1564 multa ex oceano [Grönlandico] glacies borealis Islandiæ oras undiqve cingens innumeram fere Phocarum

nærre ótal, um allann nordlendínga fiórdúng. Fór almenníngur úr sveitunum út á ísana og báru á hestum selana lestum saman, dróu og óku fram um bygdernar og var þetta almennelega kallad selavored mikla.

Bardage á skipum under Olande. millum Dana og Svía 30 Maij. Svenskra besta orlogsskip Mageloß brent med 177 sticke 31 Maij, og þá var Herluff Trolle kóngssens af Danmork hershofdínge. Vid Halmstad voru 3000 Svenskra drepner. Keysare Ferdinandus tilstodar í Vien ad leikmenn mættu taka Sacramentum under bádum portunum. Johannes Calvinus deyr. Ferdinandus keysare deyr til Vien d. 25 Júlii.

Anno 1565 lángt vor og hardt fram yfer fardaga. Gott haust og vetur fram til lánghelga, kom ecke skip fyrer nordan, giorde þad ófridur þess Svenska. strids. Kemur Síra Gudbrandur Thorláksson ad utan alldurs 23 ára, hefur þá feinged skóla í Skálhollte og var þar skólameistare 3 ár. Paull Stigsson er samt hyrdstióre, gefur bref út vrestum ad þeir fáe áminníngar sem Guds ord vanrækia og straffez ef valldsmonnum hlída ei.

Bardage fyrer Falkenberg, hvar nockrar þúsunder Svenskra voru vid velle lagder. Herluff Trolle deyr 19 Júlii. Otthe Rud admiral fángenn og deyde í Svíarike 11 Júnii. Doct. Elias Reimpaldus deyr aungvum nærverande. Þeir Christnu unnu eina ágæta sigurvinníng á Tyrkium. Jóhannes Mathesius, Conradus Gesnerus deya. Pius páve 4de deyr. Kemur út kóngs Friderichs bref uppá þann stóra dóm (er menn so nefna) er geck áre fyrre á Alþinge af bestum landsens 24 til-

multitudinem expromebat, adeo ut appetentê verê, collectis hinc inde per glaciem phocis, catervatim eqvis & vehiculis in finitimos tractus & tribus veherentur; vere hoc ex abundanti phocarum proventu denominato. Die 30 Maji Dani contra Svecos ad Oelandiam navali pugna congrediuntur, seqventi autem diê optima Svecorum navis præsidiariâ, cui nomen Magelloss, 177 tormentis munita, fractâ est, Herlufo Trollo Danici exercitus ductore. Ad Helmstadium 3000 militum Svecorum aciê ceciderunt. Authoritate Ferdinandi imperatoris Laicis Viennæ Sacram Evcharistiam sub utraqve specie sumere permittitur; moritur autem imperator die 25. Julii hujus anni. Johannes Calvinus hoc qvoqve anno fato fungitur.

Anno 1565. Sævâ hyemis inclementiâ prima æstatis qvadrans intolerabiliter horruit: autumnale vero brumaleqve tempus egregiâ cæli temperie usqve ad Festa Juliorum fertilis erat. Hâc æstatê nulla e Dania navis, propter belli Svecici incommoda, borealem Islandiam visitavit. Tunc Dominus Gudbrandus Thorlacius 23 annos natus in patriam redux scholæ Schalholtinæ rectoratum nactus, per triennium tenuit. Præfectus Paulus Stigi filius pastoribus scriptô injungit, ut verbi divini contemtores admoneant, qvi nisi se emendent, a magistratu politicô pæna infligatur. In prælio ad Falchenburgum aliqvot Svecorum millia profligati sunt. Die 19 Julii Herlufus Trollus mortem obiit. Præfectus classis Otto Rudius in Sveciâ captus die 11 Junii fato functus est. Doctor Elias Reimpaldus qvoqve, neminê præsentê, vita cessit. Christiani eximiam victoriam a Turcis reportarunt. Johannes Mathesius Conradusqve Gesnerus diem supremum expleverunt, itemqve Pius 4. papa Romanus. Prodiit in publicum regis

nefndum af løgmannenum Paule Vigfúsſyne og Eggert Hannesſyne. Epter forlage hyrdſtiórans Pauls Stígsſonar um ſakferle og refſíngar, þeirra ſem falla í frillulífe og hórdóme, edur leggiaz med ſkylldum edur mægdum perſónum, ſem og líflát þeirra er fellu med þeim 17 perſónum er kyrkiuløgenn umgeta, og til kóngſens náda liggiande um þeirra fe ad hálft mætte til erfíngia falla. En kóng Friderich náduglega ſkickar, ad erfíngiar take alla faſtaeign epter þeſſar perſónur, en kóng dómurenn lauſafed. Dómenn bar Paul Stígsſon fyrer kónginn en brefed hafde hann aptur híngad.

Anno 1566 felle vetur mikell og ſniór, kom gódur bate á páſkadagenn, og var hálfa adra viku. Sídan kom hafís med miklum kulldum fell margt af fátækum monnum, láu hafíſar fyrer nordan til midſumars, kom ſo mikell ſniór ſídaſt í Junii (edur Júlii) mánude ad tók á kvid heſte. Hauſt gott og fiſkeár, kom ſtórt fiúk viku fyrer vetur drapz margt fe ſo og naut, batnade med vetre. Kom miked fiúk jóladagenn, ſo úte urdu menn vída og ſo oftaſt á hinum túnglunum. Kom gódur bate Laugardagenn í Ymbruviku. A føſtu rak þriá ſtór Hvale í einu á Midfiardarneſe under hafís og einn í Núpaſveit nordur. Var Síra Jón Mattiasſon hinn Svenſke, ſem hellt Breidabólsſtad í Veſturhópe miog hrumadur af elle og líttfær. Villdu marger fá þann ſtad. En Paull Stígsſon veitte hann Síra Gudbrande Þórlákſſyne ſkólameiſtara og hellt hann þeſſ verdugann framar odrum, þó fór hann ei þángad medan Síra

Friderici 2di diploma, qvo confirmavit judicium [qvod magnum vulgo audit] in foro generali præcedentis anni, fub aufpiciis præfecti Pauli Stigii, a 24. per Paulum Vigfufæum & Egerhardum Hannæum delegatis optimis regionis incolis pronuntiatum, de pœna mulctave iis irrogandis, qvi in concubinatu, adulteriôqve five inceftu cum perfonis affinitatè fangvineve junctis deprehenduntur, itemqve de fuppliciô eorum, qvi cum 17 iis perfonis in jure ecclefiaftico denominatis, copulam carnalem habent. Et qvanqvam judices regis arbitrio relinqvunt, an dimidiam horum opum partem ad hæredes redire finat, rex Fridericus, ut immobilia hæredibus cedant, mobilia verò ad patrimonium fifci accedant, clementer indulget. Obtulit regi hoc judicium Paulus Stigi, confirmationem vero memoratam reportavit.

Anno 1566 hyems frigoris afperitatê nivisqve freqventia pecudibus erat exitiofa, donec ipfo pafcatis fefto, aer in melius mutatus, non ultra unicam feptimanam cum dimidia, æftivam faciem fervavit; mox ad priftinum rigorem relapfus, ab ingenti qvoqve ex oceano, glaciei mole, qvæ ad mediam ufqve æftatem boreales oras claufit, adjutus, ingentem mendicantium numerum enecavit. Elapfo fere menfe Junio [al: Julio] tanta vis nivis in terram delapfa eft, ut alvum eqvi tangeret. Autumnus egregia cæli temperie fertilis erat. Abundantem pifcium proventum mare hoc anno largiebatur. Una hebdomadâ ante hyemem, tanta nivium moles cecidit, ut magnam ovium boumqve freqventiam obrueret, ipfa vero hyeme veniente tempeftas in melius tranfiit. Ipfo juliorum fefto atrox nivium impetus viatores paffim oppreffit, & vix ulla pofthac ea hyeme cælo fplendebat luna qvæ non fimile malum adferret (videret). Die faturni poft cinerum feftum altero, five hebdomadis qvattemporalis hibernæ, cælum com-

Jón lifde, og gat halldeð stadenn. Deyr Paull Stígsson hofudsmadur á Bessastodum, fyrsta dag May og grafenn þar fyrer framan alltare. Samþycktur bróder hanns Henrich til hofudsmanns á Alþínge. Henrich Krag er fógete í Stapans umbode vestra sem sídar verdur hyrdstiore á ollu Islande.

Kóngs Friderichs mandat útgeingur ad eingenn presta skal falla inn í annars embætte, þann 27 Febrúarii. Carolus Mornai sem færde þann Svenska strídsher, var fángenn vid Bahús og meste partur af Svenskum slegenn til dauds, en hitt flýde undan: Sendez fángenn til Callundborgar hvar hañ sat í 7 ár. Skrifade á veggenn þesse ord: *Hic Septennio comedi panem doloris.* C. D. M. **Her hefe eg í sio ár eted hørmungarennar braud.** Sá Danske flote lídur skipbrot under Gullande af storme. Solimanus Tyrkneske keysare deyr og hanns son Selimus kemur í hanns stad. Pius páve 5 ár 9 mánude 25 daga.

Anno 1567 vetur kom á snemma, fellu nockrer peníngar vída, kom bate med sumre og var grosugt sumar gott med þerrer, kom eckert skip fyrer nórdan nema í Hofsós. Kom út Henrich Krag med hyrdstiórn. Ormur Sturlason siglde sem vered hafde logmadur. Dó Jón Svenske. Tekur Síra Gudbrandur vid Breidabólsstad og fara hanns forelldrar þángad Síra Þórlákur og Helga. [Tveir skiptapar urdu á einne stundu, einn á Eyrarbacka og annar á Biarnastodum í

mode mitigari cæpit. Mare glacie concretum tres simul balænas in littus Midfiardarnesense propulit, unam vero in Nupensium tribu qvæ in boreali Islandia sita est, evomuit. Dominus Jonas Matthiæ Svecus Breidabolstadensis in Vesturhopia pastor fessa & præcipitata erat ætate, qvo feudô præfectus Paulus Stigotius dominum Gudbrandum Thorlacium scholæ Schalholtensis rectorem, solum ex multis competitoribus, dignatus est, sed hic migrationem usqve ad mortem domini Jonæ differebat. Præfectus Paulus Stigi filius ipsis calendis Maji Bessastadis defunctus ante aram monumento conditur, cujus frater Henricus hac æstate in foro generali præfectus eligitur. Henricus Kragh, qvi post totius Islandiæ præfectus factus est, fundorum Stapensium [Mandatum Stapense vulgo vocant] mandatarius exsistit. Ad 3 calendas Martii rex Fridericus, ne qvis pastorum alieno choro pedem inferat, edicto prohibuit. Carolus Mornaus dux Svecorum, maxima exercitus parte ad Bahusiam cæsis, parte vero fugatis, captus Callundburgum deportatur, ibidem septennio carceri inclusus hæc verba in pariete scripsit: HIC SEPTENNIO COMEDI PANEM DOLORIS. C. D. M. Classis Danorum ad Gullandiæ oras, ventorum violentia naufragium fecit. Solimanus Turcarum imperator moritur, in filio Selimo successorem relinqvens. Pius qvinqvennio novem mensibus & 25 diebus pontificia dignitate gaudebat.

Anno 1567 malignus hyemis rigor mature apparens, partem pecudum hinc inde absumsit, sed remittit mox ineunte æstate, qvæ optata serenitate largam protulit messem. Nulla hac æstate ab externis regionibus navis borealibus Islandiæ oris appulit, excepta una, qvæ in Hofsosensem portum venit. Henricus Kragh præfectoria dignitate auctus in Islandiam accessit. Vormius Sturlæus, qvi nomophylacem ante egerat, hoc

Selvoge, voru 13 menn á hveriu skipe, þá dó Alexius ábóte Paulsson í Klausturhólum. O. E. S.]

Stód sama stríd í ríkiunum Danmork og Svíþiod, logdu Svíar under sig nockud af Norege en skottudu Danmork. Daniel Rantzou þann allann vetur í gegnum í Svíaríke ad brenna og bræla. Keysarenn leggur sig til ad semia frid mille Danskra og Svenskra. Kóng Eríc í Svíaríke lætur taka af life sinn ypparsta adal og herramenn þann 4 May. Doctor Justus Jónas hálshoggvenn fyrer Kaupenhafnar slote 28 Júnii. Hertoge Jóhann Friderich til Saxen færez fángenn til keysarans.

Anno 1568 kom ís epter páska mikell og lá til fardaga. Kom hret epter allraheilagra messu sídan vetur gódur til þrettánda í jólum. Kom sídan bate gódur. Kom út Ormur Sturluson med logmanns embætte fyrer nordan og var á Alþinge og sette þad med skipun hofudsmannsens. Geingu einger dómar af því Eggert mótkastade Orme, stefnde Ormur Eggert fram og siglde Ormur fyrer nordan og marger ríkesmenn, var þá stríded þar framme sem mest. Deyde Olafur Hialltason á Hólum sunnudagenn um messu fyrstann*] í vetre; Fundur á Flugumyre af lærdum og leikum. Kiorenn Síra Sigurdur á Greniadarstodum til officialis yfer Hólastifte. Situr Síra Gudbrandur á Breidabólsstad, med forelldrum sínum, hafde Helga Jónsdótter móder hanns átt fyrre annann mann, þann Krákur het, og vid honum born nockur Jón, Olaf og Biorgu, veitte Síra Þorlákur forsión þeim bornum. Þá hann

*) Fyrstann í midsøstu.

anno peregre proficiſcitur. Mortuô domino Jonâ Sveco, dominus Gudbrandus Breidabolſtadum, cum parentibus ſuis domino Thorlaco & Helga, ſe contulit. [Duo navigia, 13. qvodqve inſtructum nautis, alterum Eyrarbachii, alterum vero Biarnaſtadis in Selvogio, eadem hora perierunt. Alexius Paulæus Abbas Klauſturholis tunc qvoqve mortuus eſt. O. E.] Idem bellum inter Danos Svecosqve continuatum eſt, qvo Sveci parte Norvegiæ occupata Daniam vectigalem fecerunt. Daniel Rantzou tota hac hyemê Sveciam incendiis vaſtando peragravit. Imperator in pacê inter Danos Svecosqve conciliandâ diligentiam adhibuit. Die 4to. Maii Ericus Svecorum rex primates nobilium magnatumqve e medio ſuſtulit. Die 28 Junii Doctor Juſtus Jonas anté arcem Havnienſem decollatur. Johannes Fridericus dux Saxoniæ captus ad imperatorem defertur

Annô 1568 elapſo páſcatos feſtô, oris noſtris ingens ex oceano affunditur glacies, qvæ eas, elapſis 6 primis æſtatis ſeptimanis, demum reliqvit. Poſt feſtum omnium ſanctorum hyems malitiam aliqvamdiu evomuit, ſed poſtea remiſſior facta, poſt epiphania ſe mitem admodum præbuit. Hac æſtate Vormius Sturlæus borealis Islandiæ nomophylax de novo creatus, in patriam redux, in forô generali, juſſu præfecti, a ſe conſtituto, interfuit: Sed nullæ ibi ſententiæ latæ, Egerhardo Vormium judicem rejicientê. Qvi illo ad ſupremum regis judicium vocato, cum multis e boreali Islandiâ opulentis in Daniam de novo trajecit. Interea belli Svecici ferocia fremebat. Olaus Hialtæus Holenſis epiſcopus, dum in templo ſolenne divini cultus officium peragitur, dominica hyemis prima*) domi ſuæ obiit. In conventu Flugumirenſi, ubi & literati & illiterati comparuêre dominus Sigurdus Greniadarſtadenſis paſtor,

*] Dominica prima poſt Epiphan;

giftez Helgu og voru þeir brædur Jón og Olafur med hønum á Þingeyrum og vígde biskup Jón þá til prests vard Síra Jón Kráksson Þínga prestur þá hiá Eggert logmanne á Bæ á Raudasande og tók hann sig til ad brigda gótz þau og hóf klogun sem biskup Gottskálk Nicolausson hafde med órette haft af Jóne Sigmundssyne módur fodur hanns og Einare Jónssyne hanns módur bródur. Siglde Síra Jón Kráksson til Danmerkur uppá þessa klogun og befalade kóng Friderich Paule Stígssyne ad láta hann log fá, kom Síra Jón so aptur og vann ecke neitt af þessu mále. Villde Paull Stígssón semia med Síra Jóne og þeim er svara áttu málenn og Jón fenge nockud, og vard ecke af því, dó so Paull hyrdstióre her í lande, en Síra Jóne leiddez her vid þá klogun ad heygia og gaf so upp vid. Tók Síra Gudbrandur nú upp þad sama mál því hann stód jafnt ad og Síra Jón, var og sonur Helgu sem ádur greiner. Sigler til Danmerkur og bar fram þetta mál.

Kóng Jóhann sende sína legata inn í Danmørk og leita um frid mille þeirra ríkia Danmerkur og Svíþiódar, hver fridar samdráttur, skede til Roskillde. Kóng Erich í Svíaríke fángaz af sínum brædrum og hertoge Johann verdur kóngur aftur.

Anno 1569 fagurt vedur um páskadagenn, kom sumar í páskaviku. Kom mikell snióv fyrer Michaelis messu. Enn hláka kom med vetre og batnade þá. Komu út þeir aller ríkesmenn, er sigldt hofdu *) og hofdu feinged ser klaustur, og

*) Þesser vóru Arne Gíslason, Jón Jónsson er sídar vard løgmadur, Paull Jónsson broder hanns og Jón Marteinsson.

Holanæ diœcesis officialis eligitur. Dominus Gudbrandus, cum parentibus suis Breidabolstadi sedebat. Mater ejus Helga Jonæ filia ante juncta fuerat marito, cui Kracus nomen, ex qvo liberos, Jonam nempe Olaum & Biörgam genuit, qvorum tutelam dominus Thorlacus, Helgâ uxore ductâ in se suscepit, privignosqve Tingöris secum educebat, qvi postqvam ab episcopo Jonâ sacerdotiô inaugurabantur, Jonas Kraci Bæensis, in Raudasandia apud nomophylacem Egerhardum ecclesiæ, parœcus factus est. Hic actionem de fundis, qvæ episcopus Gotheschalchus Nicolai filius vi & injuria ab avô suô maternô Jonâ Sigmundæo, avunculoqve Enaro Jonæô extorserat, recuperandis suscepturus, Havniam nave proficiscitur, regi Friderico injuriam conqvestus. A qvo qvanqvam cum mandatis ad Paulum Stigi filium, ut hanc causam ex æqvo & bono dijudicaret, reversus est, & præfectus eâ conditione, ut defensores actori partem fundorum restituerent, controversiam transigere in animo habuit, hic tamen, cum mortuô Bessastadis, nîl efficere posset, inani labore difatigatus, conatu destitit. Postea dominus Gudbrandus, hujus scilicet uterinus frater uti antea diximus adeoqve æqvali jure gaudens, actionem de novo movens in Daniam trajicit, remqve omnem coram rege exponit. Rex Johannes nuntios, qvi de pace inter Danos & Svecos transigerent, ablegat, conventu eâ de re Roskildiæ habitô. Ericus Sveciæ rex â fratribus captus, ducem Johannem in regno successorem habuit.

Anno 1569 dies pascatos sereno lumine oris nostris illuxit. In eadem qvoqve hebdomada amabilem æstatis faciem vidimus. Ante festum michaelis nivium ingentes moles terram operuerunt, qvibus veniente hyemê in aqvas resolutis, aër se bene temperatum præbuit. Opulenti,*] qvi priori annô in Daniam

*] Fuerunt autem Arnas Gislonius, Jonas Jonæus, postea nomophylax factus, hujus frater Paulus & Jonas Martinæus.

önnur len af könge. Ormur Sturlason feck aptur lögmanns dæmed fyrer nordan og vestan en Eggert vard fyrer sunnan og austan. Svíade stríd nockud med Dönum og Svium. Kom út híngad hyrdstióre sem het Christopher Valkendorph, hann sigldi aptur þad sumar. Med hyrdstióranum Christópher kom út hr. Gudbrandur Thorláksson, hafde kóng Friderich skipad honum ad láta endeleg lög gánga um hanns mál og þá epter Alþíng kallade strax hyrdstiórenn lögmennina báda Orm og Eggert med morgum lögrettumönnum, sudur til Bessastada, geingur þar dómur um máled er Síra Gudbrandur klagade ad biskup Gottskálk hefde raungum meinum upplosted, millum Jóns Sígmundssonar og hanns kvinnu, Biargar Þórvalldsdóttur hvad þeir og dæma vered hafe og bref biskups Góttskálks og giorninga ónýta, sem um meinenn hlioda mille Jóns og Bíargar, þeir dæma Síra Gudbrande til handa þær eigur er Einar Jónsson hanns módur bródur hefde med ser gefed í Proventu, sem voru þriú höfudból og 4 iarder adrar sem sá dómur framar útvísar.

Ætt Jóns Sigmundssonar er þesse:

Einar og Grundar Helga vóru hión.
1. Biorn var sonur þeirra Jórsalafare.
2. Einar var sonur Biorns.
3. Solveig dótter Einars.
4. Jón var sonur Solveigar Sigmundsson.

En biskup Gottskalk talde so ætt Biargar vid Jón þeim til skilnadar.

Einar og Grundar Helga.
1. Ingegerdur være dótter þeirra.

profecti sunt, jam monasteriorum reditibus redemtis & aliis feudis officiisve a rege aucti, redibant, Vormius Sturlæus borealis occidentalisqve Islandiæ nomophylax altera vice factus est, Egerhardus vero australis & orientalis. Bellum Svecicum non adeo hostiliter geritur. E Daniâ advenit præfectus Christophorus Valchendorfius, sed eadem æstate revertitur. Adduxerat se cum dominum Gudbrandum Thorlacium, a rege in mandatis habens, ut causam illius lege dijudicari curaret, qvare mox foro generali exacto, utrumqve nomophylacem Vormium & Egerhardum cum multis pedariis hujus controversiæ dirimendæ causâ, Bessastadis convocat; Qvi causâ domini Gudbrandi, ostendentis episcopum Gotheschalchum matrimonium Jonæ Sigmundæi Helgæqve Thorvaldææ, tanqvam consangvinitatis causa, contra legem contractum, falso illegitimum judicâsse, justâ pronuntiatâ, omnia episcopi Gotheschalchi hanc rem concernentia acta, pro nihilo habenda esse decernunt; Bona qvoqve ab avunculô suo Enaro Jonæo pro sui sustentatione legata tres scilicet villas præstantiores & uno plura [minora] prædia ipsi adjudicant, uti sententia hac de re lata, testatur. Genealogia Jonæ Sigmundæi hæc est:

Enarus Helgam Grundensem in matrimonio habuit.

1. Biörno Hierosolymipeta eorum filius.
2. Enarus hujus filius.
3. Solveiga ejus filia.
4. Jonas Sigmundæus ejus filius.

Episcopus autem Gotheschalchus sangvinis nexum inter Jonam uxoremqve ejus Biörgam hoc modo recensuit.

Enarus & Helga Grundensis conjuges.

1. Ingegerdis eorum filia.

2. Jón Búland sonur Ingegerdar.
3. Þorvalldur sonur Jóns Búlands.
4. Biorg dótter Þorvallds.

Og hellt nú epter þessu biskup þau fiórmenninga Jón og Biorg og ólöglegann egtaskap með þeim og Helgu dóttur þeirra ecke skilgetna og fyrer þetta hafde hann dæmt fe af þeim, en bannfært Jón sem mikla sögu má afgera um þetta mál. Enn Ingegerdur reyndez Þorsteinsdótter, sem hann tekur ætt Biargar frá, en ecke Einarsdótter ne Grundar Helgu og dæma þeir því í herade Helgu skilgetna, og aptur þær eigner sem biskup Gottskalk hafde fyrer þá sok af þeim hefdad. Til meira skilníngs um ætt frá Einare og Grundar Helgu. Hustrú Christín er kollud var Vatnsfiardar Christín var dótter Biarnar Jórsalafara Einarssonar. En syster Einars afa Jóns Sigmundssonar, hún átte Þorleif bónda hinn ríka Arnason. Biorn Einarsson og Helga fóru þrisvar til Róms.

Anno 1378 fyrsta utanferd Biorns.
1385 Aunnur utan ferd Biorns, rak til Grænlands og 3 skip önnur var með honum Solveig hústru hanns.
1387 Kemur Biorn af Grænlande og 4 skipenn þadan alls.
1388 Sigler Biorn í þridia sinn.
1391 Kom Biorn aftur. Einar var sonur Biarnar (sem ádur seger) og Vatnsfiardar Christín dótter hanns Einar hyrdstióre og Biorn voru syner Christínar og Þórleifs Arnasonar.

2. Jonas Bulandus hujus filius.
3. Thorvalldus ejus filius.
4. Biörga ejus filia.

Qvare episcopus eos, utpote in qvârto cognationis gradu e latere invicem contingentes, illegitimum contraxisse conjugium, filiamqve Helgam incestu progenuisse existimavit, qva hypothesi ductus, ingentibus pecuniis mulctavit, diro anathematis fulmine in Jonam ipsum contorto, qvâ de re multa possent referri. Erraverat episcopüs in genealogia Biörgæ, Ingegerdis enim non Enari & Helgæ Grundensis, sed Thorsteni filia postea reperta est; qvo argumento judices nunc Helgam legitimo matrimonio prognatam pronuntiant, bonaqve hanc ob causam ablata, rectæ hæreditatis successioni adjudicant. Ut de posteris Enari Helgæqve Grund. melius percipiatur, seqventia apponantur. Matrona Christina, qvæ Vatnsfiördensis cognominabatur, erat filia Biörnonis Enaræi Hierosolymipetæ: Soror Enari, qvi Jonæ Sigmundæo erat avus maternus; Uxor vero Thorlevi Arnæi opulenti. Biörno Enaræus uxorqve Helga peregrinationem tribus vicibus Romam suscepit.

Anno 1378 Biörno primam suscipit peregrinationem.

1385 Unacum conjuge Solvega secundam instituit peregrinationem, sed in ea, cum tribus aliis navibus vi ventorum in Grönlandiam propellitur.

1387 Cum reliqvis tribus navigiis de Grönlandia revertitur.

1388 Tertia vice perigrinationi se committit.

1391 Ex hac peregrinatione revertitur. Enarus erat filius Biörnonis, uti prædictum est, Christina vero Vatnsfiördensis filia

Christina, qvæ Thorlevo Arnæo matrimonio juncta era filios habuit Enarum præfectum & Biörnonem.

Anno 1438 Er Einar Þorleifsson hyrdstióre yfer Islande.
1446 Er Einar samt hyrdstióre.
1473 Vard úte Einar Þorleifsson sem hyrdstióre hafde vered á Solvamannagotu. Biorn Þorleifsson bróder Einars átte Olofu Loptsdóttur Guttormssonar hins ríka, þeirra born Einar, Þorleifur, Solveig, Arne sem fell í stríde í Svíaríke barnlaus.

1477 Var Biorn bónde hinn ríke Þorleifsson sleigenn í hel í Rife. Þorleifur Biornsson sem riddara nafn feck og líka vard hyrdstióre her med Didrich Píníng, [hann átte edur hellt vid] Ingvellde Helgadóttur logmanns. Biorn var þeirra son og fleire born.

1493 Dó Einar Biornsson Júnkære utanlands bróder Þorleifs. Solveig Biornsdótter syster Þorleifs og Einars náde arfe þeirra brædra sinna, því ad þrímennings mein voru talenn med Þorleife og Ingvellde, en Einar dó barnlaus, um hvern arf sídar miked kíf vard, því Þorleifur feck pávaleife. Solveig þesse Biornsdótter átte Paul Jonsson og vid honum nockur born. Med þeim Solveigu og Pále var og skilldseme talenn, þau hofdu og pavabref. Þórleifur og Jón voru syner þeirra hverium hún ánefnde stór fe í sinn Testamentis brefe, sem þar má lesa og giort er Anno 1495.

Solveig á og morg born vid Jóne Þórláksfyne, sem voru Jón, Einar, Bryheth, Christín og Vigdís. Sum

Anno 1438 Erat Enarus Thorlevi filius præfectus Islandiæ.
1446 Præfecturam adhuc gessit.
1473 Enarus Thorlevi filius, qvi præfectus Islandiæ fuerat, in via montana, qvæ Sölvamannagötur vulgo audit, tempestatis violentia oppressus, diem suum obiit, Hujus frater Biörno, ex uxore Olöfa Lopti opulenti Guttormæi filia, Enarum, Thorlevum, Solvegam, & Arnam, qvi in Svecia improlis in acie cecidit, liberos procreavit.
1477 Biörno opulentus Thorlevi filius in loco maritimo Snæfellensi, Rif dicto, occisus fuit. Hujus filius Thorlevus, qvi ad eqvestrem dignitatem provectus, & simul cum Theodorico Piningio officio præfectorio in Islandia functus est, uxorem [sive concubinam] habuit Ingveldem Helgii nomophylacis filiam, ex qvâ filium Biörnonem, pluresqve sustulit liberos.
1493 Enarus Biörnonius Patritius, Thorlevi frater, peregre mortuus est. Solvega Biörnonia, relicta fratrum, Thorlevi nempe & Enari, bona, siqvidem hic cum Ingvellde in tertio sangvinis gradu jungi dicebatur, ille vero nullâ relictâ prolê mortuus est, hæreditate accepit, de qvâ gravis postea controversia, cum Thorlevus a papa privilegio donatus fuerat, agitata est. Hæc Solvega maritum habuit Paulum Jonæum, ex qvô liberos aliqvot genuit. Hi conjuges necessitudine etiam inter se attingentes, veniam a papa acceperant. Filios habuerunt Thorlevum & Jonam, qvibus mater lautam hæreditatis portionem testamentô, qvod anno 1495 factum est, adscripsit, uti ibidem legere est.

Eadem qvoqve ex Jonâ Thorlacio plures procreavit liberos, Jonam nempe, Enarum, Brigidam, Christinam

þesse born dóu úng, og er ecke ætt af þeim komen, af Jóne er komenn Are og Jón, af Ara Jónsſyne er komenn Thómas, Jón, Gudrún, af Thomaſe er komenn Sophia Seſſelia, laungetnar. En born Brÿethar voru þesse: Tveir Síra Jónar, Biarne, Pantaleon, Petur, Paull, Illuge, Sigurdur, tvær Gudrúnar, Margret, Steinvor og Solveig. Olafur het fader þessara barna allra, bróder Sæmundar fodur Gudrúnar, ſem átte Arne bónde Giſlaſon á Hlídarenda. Þeir voru Eríksſyner Olafur og *) Sæmundur, um ætter þeſſar og arfdeilur er þeim kunnugt ſem á veſturlandenu búa, og af þeirra ætt komner eru, vil þar ecke fleira um ſkrifa.

Epter Alþíng ſiglde Chriſtopher Valkendorph. En Síra Gudbrandur fór til Hólaſtadar, því hann hafde feinged þar ſkóla, og vard ſkólameiſtare þad ár, en hafde frá ſer lagt Breidabólsſtad á hendur Erlende Pálsſyne, er þá átte hanns hálfſyſtur, Biorgu Kráksdóttur.

Kóng Friderich 2. bref ad kennedómurenn ſe fri frá álog um. Kóng Friderich ſtiftar 100 ſtudenta underholdníng þann 25 Júlii. Daniel Rantzou var ſkotenn fyrer Vardberg. Vardbierg inntekenn aptur frá Svenſkum. Páven bannſetur drottnínguna af Englande. Drottníngen af Englande lætur upptaka 200000 Gillene ſem ſkulu ſkickaz til Duc. de Abba.

*] Brædur Sigmundar Einarsſonar í Aſe vóru Síra Jón í Vatnsfirde, Síra Þórleifur á Breidabolsſtad. Olafur fader Síra Pantaleons á ſtad í Grunnavík og Petur Erichsſon fader Magnúſar, ſem var ſeinaſte ſtyremadur fyrer ſkútu þeirre, ſem Skálhollts kyrkia átte á ſeinuſtu daugum Ogmundar biſkups. O. E. S.

& Vigdisem, qvorum aliqvi impuberes & improles mortui sunt. Ex Jonâ Arius & Jonas nati sunt, qvorum hic Thomam, Jonam & Gudrunam procreavit: Thomas, Sophiam, Ciciliamqve filias ex concubinâ suscepit. Brigida, multos ex se peperit liberos, duos nempe pastores, qvibus Jonas nomen, Biarnium, Pantaleonem, Petrum, Paulum, Hilarium, Sigridem, Gudrunas duas, Margaritam, Stenvaram & Solvegam. Horum omnium pater erat Olaus, frater Sæmundi, qvô Gudruna Arnæ Gislonii Hlidarensis heri conjux, nata est. Olai vero *] & Sæmundi parenti nomen erat Ericus. De genere hoc liteqve hæreditariâ occidentalis qvadrantis incolæ, qvi huic qvoqve stemmati ortum debent, cognitum habent, qvare plura de iis scribere supersedeo.

Post finitum forum generale Christophorus Valchendorfius terram nostram reliqvit; Dominus vero Gudbrandus Holos, ubi rectoris scholæ officium adeptus erat, se contulit, Breidabolstadiô sororis suæ uterinæ Biörgæ Krakii filiæ marito, Erlando Paulæo, traditô. Rex Fridericus 2dus facto diplomate clericos immunitate donat. Idem die 25 Julii Communitatem Havniensem, ubi centum Studiosorum sustentaretur, fundavit. Daniel Rantzou ad Vardbergam, qvæ capta Svecis iterum adimebatur, tormento interfectus est. Papa Romanus reginam Britanniæ ab ecclesiæ corpore segregat; Hæc ducentena aureolorum millia ad Ducatum Abbatensem destinata confiscat.

*] Sigmundus Enaræus Asensis, fratres habuit dominum Jonam Vatnsfiördensem, & dominum Thorlevum Breidabolstådensem, pastores, Olaum, domini Pantaleonis Stadensis in Grunnavicha pastoris, parentem, Petrum Ericium, qvi pater erat Magno ultimo gubernatori navis, qvæ postremis Ogmundi episcopi temporibus cathedræ Schalholtensi propria erat. O. E.

Anno 1570 deyde Paull Vigfússón logmadur 'á Hlídarenda; Hanns syster var Gudrídur móder Gudrúnar Sæmundsdótter, er Arne Gíslason átte, er epter Paul logmann bió ad Hlídarenda. [Paull Vigfússon var barnlaus, hanns syster var Anna, hennar syner Magnús og Erlendur Hialltasyner og Kristín. O. E. S.]

Kóng Friderich annar hefur nú spürt afgáng biskups Olafs Hialltasonar. Bodar Síra Gudbrand skólameistara fram ad sigla, og verda biskup í hanns stad, enn sender híngad annann skólameistara, sem het Hans Gillibrün. Sigler Síra Gudbrandur biskupsefne med Donskum.

Af predikunarstolnum í Kaupenhafn var úthrópad, med fognude og stórre glede, fridur mille Danskra og Svíaríkis þann 17 Decembris sem þá hofdu strídt í 8 ár. Kóngsens bref daterad þann 11 Júnii um kennedómsens óskickanlegheit.

Anno 1571 frost mikel um vored, kom ecke ís vid land. var þó vor gott. Skírdag kom sumar, Páskadagur gódur. Grasár miked. Snióade med vetre. Hardur vetur til Jóla, fiellu peníngar. Kom bate í Martii mánude ætíd hægre. Kránkleike vída vestan og nordan. Vigdur Gudbrandur til biskups og kom út. Þórdur Gudmundsson vard logmadur sunnonn og austan. Kom út fyrer þíng Johann Buchhollt hofudsmadur. Var víg veiged í Sldumúla Jóns bónda Grímssonar, var hann lagdur under borde vid dryckiu af Jóne er Murte var kalladur, syne Eggerts Hannessonar, hann sat og vid borded. (Jón Murte Eggertson siglde sídan kom híngad ei aptur. O. E. S.)

Anno 1570 obiit nomophylax Paulus Vigfusæus Hlidarendensis. Hujus soror erat Gudridis, mater Gudrunæ Sæmundææ, qvam Arnas Gislonius, qvi Paulo nomophylace mortuo, Hlidarendi habitabat, uxorem duxit. [Paulus Vigfusæus liberos nullos ex se reliqvit; Soror ei erat Anna, genitrix Magni Erlandiqve atqve Christinæ,qvi Hialtio patre nati erant. O.E.] Rex Fridericus 2dus, postqvam episcopi Olai Hialtæi mortem rescivit, dominum Gudbrandum, rectoris scholastici officio Johanni Gillibrunio demandatô, episcopatus vacantis suscipiendi gratiâ, arcessit, qvi dicto audiens hâc æstatê in Daniam trajecit. Die 17 Decembris pax inter Danos Svecosqve, integro octennio mutuô bellô fatigatos, pro sacris rostris Havniæ, non sine ingenti animorum gaudio applausuqve, proclamatur. Die 11 Junii rex de immodestia sacerdotum edictum facit.

Anno 1571 nulla ex oceanô glacies littora nostra infestavit, & qvamvis aër hoc vere admodum frigidus esset, commodam tamen tempestatem præbuit. Dies viridium æstatem attulit. Die pascatos amœna erat tempestas. Hac æstate arva & pascua gramine luxuriabantur. Hyems nivicidio incipiens usqve ad festum juliorum tanta sæviit atrociâ, ut armenta etiam & pecudes enecaret; Mense vero Martio in melius mutatâ, sensim postea remisit. Morbus per occidentalem & borealem Islandiam passim obrepsit. Gudbrandus episcopatui inauguratus in patriam rediit. Theodorus Gudmundæus australis & orientalis nomophylax creatur. Joh. Buchholtius ante forum generale e Dania advenit. Jonas herus Grimonius Sidumulii super vinum, â Jonâ, qvi Murtius cognominatus erat, Egerhardi nomophylacis filiô, qvi ad mensam simul accumbebat, lethali vulnere sauciatus est. [Hic postea relictam patriam nunqvam revisit, O. E.] Steinuna episcopi Gudbrandi ex concu-

Fæddez Steinunn Gudbrandsdótter laungetenn móder Þórláks biskups Skúlasonar.

Þann 5 Aprilis aptur fridur vid strídsherenn úthrópadur á strætunum í Kaupenhafn. Drottníng Dorothea, sem kóng Christian 3. átte, deyde til Sonderborg 7 Octobris. Jóhann margreife og kiorfurste af Brandenborg deyr þann 3. Januarii. Venicianar á skipum yferunnu Tyrkiann þann 7 Octobris vid Echimandas.

Anno 1572 grasár líted þó sumar gott. Vetur gódur. kom vedur miked Annunciationis hátid Mariæ med fiúk og hafís, var þad i 3 daga. Formirkvadez túngled á einum midvikudeige þann 25 Júnii 4 stunder. Fór Síra Sigurdur heim til Greniadarstadar. Siglde Johann hofudsmadur. Bodadur Eggert Hannesson fram fyrer kóngenn. Giftez Hr. Gudbrandur biskup Halldóru dóttur Arna bónda Gíslasonar ad Hlídarenda. Þar var þá miked hóf halldet. Arne var í þann tíma einhver meste hofdínge á Islande. Hann gaf giafer ollum nordanmonnum, er med Hr. Gudbrande í hanns brúdkaup ridu. Arne bónde og Gudrún Sæmundsdótter áttu fiollda barna, og er frá þeim komed margt gofugt og virduglegra manna; Þrir vóru syner þeirra, er giftumála og barna anded vard. Hákon átte Þórbiorgu Vigfúsdóttur, Þorsteinssonar, Finnbogasonar logmanns, Jónssonar, þeirra son Gísle logmadur, Einar og Biarne; Sæmundur var og sonur Arna, átte Elene dóttur Magnúsar bónda Jónssonar á Vestfiordum. Þau áttu morg born. Gísle var 3die sonur Arna bónda, hann átte dóttur Gudmundar Helgasonar vestan frá Eyre. Sio voru

bina filia, qvæ episcopi Thorlaci Schulonii parens existit, hoc anno nata est. Nonis Aprilis in plateis Havniæ pax alterâ vicê coram exercitu proclamatur. Regina Dorothea, qvam thori Sociam habuerat rex Christianus 3ius, Sönderburgii occubuit. Johannes comes limitaneus electorqve Brandenburgensis die 3. Januarii supremum obiit diem. Veneti Turcas navali prælio ad Echimandas nonis Octobris præclare vicerunt.

Anno 1572 etsi aër hac æstatê clementem se præbebat, gramine minus fæcunda erat terra. Festo Annuntionis Mariæ gravis ventorum violêntia increbescens, de cælo simul demissa horribili nivis molê, per integrum triduum perseverans, concretam oceano glaciem ad litora nostra propulit. Die 25 Junii, qvi qvartus erat hebdomadæ, luna integris qvatuor horis defecit. Dominus Sigurdus Greniadarstadum se recepit. Johannes præfectus in Daniam trajecit. Egerhardus Hannæus ad regem accersitus fuit. Dominus Gudbrandus episcopus Haldoram Arnæ Gislonii Hlidarendi, ubi eorum nuptiæ magna festivitate agebantur, in matrimonium accepit. Erat Arnas magnatum Islandiæ facile princeps. Hic omnes, qvi sponsum ad nuptias celebrandas ê boreali Islandia comitabantur, munere aliqvo ante discessum affecit. Permultos ex uxore Gudruna Sæmundæa suscepit liberos, qvi amplam eamqve nobilem ex se propagarunt stirpem. Horum filii, qvi junctis sibi uxoribus, liberos procrearunt, fuere: 1. Haqvinus, qvi Thorbiörgam Vigfusi Thorstenæi Fimbogonii nomophylacis Jonæi filiam uxorem duxit, ex qvá tres suscepit filios, Gislonem nempe nomophylacem, Enarum & Biarnium. 2. Sæmundus conjugem habuit Helenam heri Magni Jonæi Vestfiordensis

dætur Arna bónda og Gudrúnar. Halldóra, Ingebiorg, Gudrun, Anna, Hólmfrídur, Solveig og Sigrídur, og voru þad flester hofdíngiar er þær áttu, fierdeiles Hr. Gudbrandur biskup. Gísle logmann Þórdarson er átte Ingebiorgu og Jón bónde Biornsson er Gudrúnu átte. Eina laundóttur átte Arne Gíslason, sú het Gudrún, giftez Jóne Olafssyne, systursyne Dada Gudmundssonar.

Kóng Friderich og drottníngar Sophiæ brullaup í Kaupenhafn 20 Júlii. nærverande hertoga Augusto af Saxen, med hanns frú Onnu systur kóngs Friderichs, med morgum odrum furstalegum personum; Drottníng Sophia krýnd í Kaupenhafn af Doctor Paule Mathsen 21. Júlii. Ein ný stór stiarna *) sást á himnenum, um hveria Tyge Brahe skrifade eina stóra bók í látínu. Hrædelegt mord í Frankaríke fyrer Religionem, hvar Caspar Castelioneus, Petrus Ramus og marger adrer aumlega umfelluz, so ad í þessu morde, eru ordner fleire enn hundrad þúsund manneskiur. Hænsnastaderner safnaz samband ad giora. Pius Vte deyr, Gregorius 13de kemur í hanns stad.

Anno 1573 kom sumar í páskaviku med bata. Hvarf ís fyrer fardaga, geingu nordan vindar kallder. Sumar gott, haust vott. Vetur gódur, andadest margur madur. Formyrkvadez túngled allt þann áttunda Decembris 8 stunder einn þridiudag. Fædd Halldóra dótter Hr. Gudbrands. Var so

*) Þesse stiarna sáz in Signo Cassiopeæ og hennar minnez Doctor Joh. Gerhardus, í sinne Postillu á þrettánda og annare predikun. Conf. Dom. 2. Adventus Homil. 3.

filiam, ex qvâ plures reliqvit filios. 3. Gislo filiam Gudmundi Helgonii de prædio Eyra, qvod in occidentali Islandiâ situm est, vitæ sibi sociam assumsit. Arnæ septem ex conjuge Gudrunâ prognatæ sunt filiæ, nimirum Haldora, Ingebiörga, Gudruna, Anna, Holmfridis, Solveiga & Sigridis, qvarum plurimæ viris principibus nupserunt, qvos inter episcopus Gudbrandus, qvi Haldoram; Gislo nomophylax Theodoræus, qvi Ingebiörgam; & Jonas herus Biörnonius, qvi Gudrunam fœdere lecti sibi associarunt, facilè eminebant. Habuit etiam Arnas filiam illegitime procreatam, qvæ Jonæ Olavio, Dadii Gudmundæi e sorore nepoti nupsit. Die 20 Julii rex Fridericus cum reginâ Sophia, qvæ postero die a Doctore Paulo Mathsoniô coronabatur, nuptiali festivitate, matrimonium Havniæ contraxit, præsentibus Augusto duce Saxonico, ejusqve conjuge Anna regis Friderici sorore, atqve multis aliis principalis dignitatis personis. Nova ingentis magnitudinis stella *) in cælô apparuit, de qva Tycho Braheus integrum volumen, latinô sermone conscripsit. Horribilis in Gallia strages propter religionem edebatur, ubi Casparus Castellioneus, Petrus Ramus & ultra centies mille homines misere perierunt. Hanseatici se ad conjurationem faciendam parant. Obiit Pius 4us cui Gregorius 13 in papatu successit.

Anno 1573 æstatis initium in eandem ac Festum Paschæ, hebdomadam incidit. Glacies evanuit. Æstate nondum sesqvimestri asper aqvilo spiravit. Æstatem commodam autumnus pluviosus huncqve non immitis hyems excepit, multorum tamen hominum obitu famosa. Integer orbis lunaris, octava,

Ii 2

*] Hæc Stella in Signo Cassiopeæ visa est, ejusqve mentionem facit Doct. Joh. Gerh. in suâ Postillâ Fest. Epiph. Hom, 2 Conf. Dom. 2; Advent. Hom. 3.

miked hitasumar ad elldur kveiktez vida í skógum og brunnu eikur. [Var miked manntión under hálsum í Hornafyrde góuþrælenn, drucknudu 53 menn, og epter 15 eckiur munadarlausar. Giftez Síra Arne Gíslasón í Hollte, Hólmfríde Arnadóttur á Hlídarenda. O. E. S.] Þeir Hamborgarar gáfu kónginum af Danmork *) 50000 dale, fyrer þad þeir hofdu innehallded nockrum kóngsens skipum í Elfunne.

Anno 1574 Maríumessa 4da dag páska, gott vor, kom miked fiúk um hvítasunnu, og aptur Jónsmessu Baptistæ, vetur snióssamur til sólhverfa, en gódur upp þadan. Geck bóla um Island. Formyrkvan sólar þann 12ta Novembris eptermiddag **) 4 stunder, þad var laugardag. Var Jón logmadur Jónsson, Magnússonar, Þórkellssonar prestz Gudbiartssonar. Jón logmadur átte Helgu Gíslasdóttur Hákonarsonar, Gíslasonar frá Hafgrímsstodum. Jón logmadur hellt Reinestadar klaustur 9 ár, mællt hann hefde fenged þad frá Gunnare máge sínum Gíslasyne, er þad hellt 13 ár. Jón Jónsson logmadur fór frá Reinestad og til Þíngeyra, og feck þad klaustur frá Henrick Gerkens, og þótte honum miked ad missa; hafde fyrer hofudsmanns bref. Hitt geck þó áfram med fylge Jóhanns Buchollts. Tekur Hr. Gudbrandur upp prentverksydiu á Hólum, og leggur bækur út, og því hellt han fram alla daga, só lenge sem hann gat, og honum endtez heilsugiof til. Jón son

*] 100000 dale.

**) Fiórdu stund.

mero supra qvadraginta. Hæc qvavis æstate, qvo ad laudatus Magnus Jonæus in vivis erat, ita gesta fuerunt. Erat enim omnibus forum generale petituris, nil prius, nil antiqvius, qvam ipsius comitatui adjungi. Fuit vir insigni sapientia, & vena poëtica præditus, qvod ipsius carmina testantur. Uxorem habuit Ragneidam Egerhardi Hannæi nomophylacis filiam, ex qvâ multiplicem prolem, nempe filios qvinqve, & sex filias, qvi ad ætatem adultam, thorumqve pervenerunt, procreavit. Prior autem ipsius uxor Elena, nullam ipsi, qvæ ephebis excederet, prolem peperit. Filiorum natû maximus Jonas, vir sapientiâ & doctrinâ præstans, toparchiæ Dalensi longô tempore præfuit. Is ex conjuge Astrida Gisli nomophylacis filiâ, atqve Theodori Gudmundii nomophylacis nepte, multos liberos sustulit. Arus Isafiördensem Strandensemqve toparchias diu administravit, vir procerâ staturâ, formaqve heroicâ eminens. Uxor ipsius Christina, Domini Gudbrandi episcopi filia, aliqvot ipsi natos peperit. Filiorum Magni tertius, Jonas cognominê Danus, Ingveldæ Gudmundi Helgii, qvi Eyræ Eydesfiördensium habitavit, filiæ maritus, nullo functus est officio. Qvartus fuit Biörnus, toparchiæ Bardastrandensis judex, qvi in matrimonio habuit Sigridam, patre natam Davide Biarniô Skardô Skardstrandensium oriundo, matre vero Arnfridâ Benedicti opulenti, qvi Mödruvallos incoluit, Halthorii filia. Filium habuerunt Egerhardum. Postea Biörnus uxorem duxit Helgam Arngrimi filiam, ex qva dominum Paulum Selardalensem, Sigridamqve progenuit. Qvintus Magni filius Thorlevus toparchæ in orientali qvadrante officio functus, sedem habuit Hlidarendi, qvem uxor Groa, filia Gisli Arnæi atqve Gisli Hakonii Hafgrimstadensis proneptis, unica filia parentem fecit. Novum postea cum alia uxore conju-

Þorleifur átte sídan adra konu, og vid henne son og dóttur. Só bar vid, ad óvilldar rígur fell á mille Þeirra Arna bónda Gíslasonar á Hlídarenda, og bónda Magnúsar Jónssonar, so Þeir fintu í ordakaste á Alþinge. Magnús sagde vid Arna, ad ei Þyrftu Þeir Þannenn ad láta, mille Þeirra og Þeirra nidia mundu mestu tengder verda á Íslande, Þetta hefur í margann máta fram komed. Son Arna Sæmundur átte Elenu dóttur Magnúsar. Sonar synir Arna, Einar og Biarne Hákonarsyner, áttu dætur Magnúsar; dóttur son Arna Henrich, átte Gudrúnu Magnúsdóttur. Are og Arne, elldre syner Magnúsar, áttu dætra dætur Arna. Þorleifur átte sonar dóttur Arna. Biorn átte bródur dóttur dóttur Arna í sídara sinne. Ejólfur dóttur son Arna, átte Cecelíu dóttur Magnúsar, og hvernenn Þær ætter eru margfalldlega samteingdar kemst ei í lítid mál.

SamÞycke millum kóngs Friderichs, og hertoga Adolfs af Holstein, um arf epter hertoga Hanns. Pápiskur kennelídur med skálkaháttum, sátu um drottnínguna af Englande, og straffaz Þar fyrer. Jesuitar burtdrifner af Englande. Ryg gefur sig upp fyrer kóngenum af Pólen, og hann gefur Þeim ný privilegia. Narven í Líflande, og adrer stader í Russlande, inntakaz *] af Polskum frá Moscovitum. Um hiónabanded articular útgefner í Danmork, af kóng Friderich, med lærdra manna yfirsiún.

Anno 1582 deyde Jón frá Ingvelldarstodum, á jordunne gróf sunnan til under Svínaskarde, grafenn á Mosfelle. Hañ var í nordurferd um vored, epter vertíd; var hann í marga vetur formadur í hofnum sudur, fyrer kóngsskipe, Því hann hafde

*] Frá Svenskum af Moscoviten.

gium iniit Thorlevus, qvô filium filiamqve progenuit. Accidit aliqvando, ut Arnas Gisli filius Hlidarendensis, & Magnus Jonæus, mutuas inter se simultates foventes, in foro generali invicem altercarentur. Tum Magnus mittenda hæc dictitavit, fore enim inter suam & inimici progeniem arctissimum affinitatis nexum, cujus vaticinii veritatem eventus multifariam comprobavit; nam filius Arnæ Sæmundus, Elenæ Magni filiæ matrimoniô junctus est; ejusdem Arnæ ex filiô Haqvinô nepotes, Enar & Biarnus, filias Magni uxores duxerunt; itidemqve ex filia nepos Henricus, Gudrunam Magnæam; Aro Arnæqve filiis Magni natu majoribus, uxores obtigerunt Arnæ ex filiabus neptes; Thorlevo neptis ex filio; Biarno posterâ vice ex fratre proneptis; Ejolfus Arnæ ex filiâ nepos, matrimonium iniit cum Ceciliâ Magni filia; nec perplexissimos istarum tribuum nexus enodare, brevis est compendii. Convenit regi Friderico cum Adolpho Holsatiæ duce, de hæreditate a duce Johanne relictâ. Clerici Pontificii flagitiosas reginæ Anglicæ insidias struentes, meritas pænas luunt. Jesuitæ ab Anglia exterminantur. Riga captam se dedit regi Poloniæ, qvi subditos novis donat privilegiis. Narva Livoniæ, pluresqve Russiæ urbes,*) a Polonis Moscovitarum imperiô eripiuntur. Articuli de conjugio a viris doctis recogniti, per Daniam à rege Friderico eduntur.

Anno 1582 Jonas Ingveldarstadensis Gravæ qvod merediem versus, sub colliculo Svinaskard situm est, prædiolum, vita defunctus Mosfelli sepelitur; cujus vernum, ad lares boreales, iter, morte præversum est, post exactam solito more piscaturæ causa in Havnis, loco insulæ meredianæ maritimo, mansionem, ubi navem regiam compluribus annis guberna-

*) a Moscovitis Svecorum imperio.

Ingvelldastade, og þær jarder, meir enn 30 ár. I þann tíma voru hluter mikler á Sudurnesium, VIII Hundrud, IX Hundrud, og alloft lestarhluter. Jón feck þar marga vetur *) lestarhlut. Jón frá Ingvelldastødum var Jónsson, Ormssonar, skipara Runólfssonar. Syster Orms Einarssonar var Gudrún Einarsdótter, hún átte tvo sonu vid Sæmunde Símonarsyne: Jón prest, er lenge hellt stadenn Kvíabeck, hann átte mörg born. Annar son Gudrúnar og Sæmundar var Kár, hann átte 16 born, þau úr barnæsku komuz. Einn hanns sonur Sæmundur prestur, hellt Glumbæ 44 ár. Móder Jóns á Ingvelldastødum het Þórunn, og var Gísladótter, Arnasonar, Þorbiarnasonar, Arnasonar Gulls. Arne þesse var kendur vid gull þessvegna, hann hafde siglt í England, vered þar um tíma, og kom út híngad med gull miked. Arne het bróder Þórunnar, hann átte dætur margar. Arne átte §] Kumbustade í Sæmundarhlíd, og bió þar lenge, hann átte Christínu Jónsdóttur, Einarssonar, Oddssonar. Gróa het móder Þórunnar, Grímsdótter, Sigmundssonar. Asgrímur kom úr Steingrímsfirde vestan, og Sigridur kona hanns, til Skagafiardar, epter pláguna sídare. Jón var lágur madur og þreklegur, gæfur madur til sinnes, reiddez allskialdann. Hann miste fodur sinn úngur, og hlióp hann einn vetur sudur med vermønnum, þeir skylldu hann epter vid Ellida ár sudur, og komz hann ei epter þeim, hvarflade hann þá fram á Seltiarnanes, þar bió kona ein, het Gudrun Ormsdótter, fodur syster Jóns. Hún var þá eckia, hún tók vid Jóne, og þar ólst hann upp, og mannadez so, fór aptur nordur, og giftez, tók Ingvelldastade, grædde mikid lausafe. Hann átte Gudrúnu Ketelsdóttur frá Kiotu, Ingemund-

*] Skreidarlest í 1 hlut.

§) Kimbastade.

verat, prædio enim Ingveldarſtadenſi, cæteriſqve eidem annexis, ſupra 30 annos, ſænoris legê præfuerat. Auſtralem iſtam Islandiæ partem iis temporibus tam copioſa beavit piſcatura, ut eſſent, qvi intra unius manſionis terminos, portionem 960- 1080 & non raro 1200 (ſive ita dictam laſtam) piſcium reportarent, qvam ſummam Jonas iſte ſæpe eſt conſecutus. Natus erat patre Jona Ormi naucleri Runolfi filio. Ormi Enarii ſoror Gudruna, Sæmundo Simonis filio duos filios peperit, nempe Jonam eccleſiæ Kviabechenſis longo tempore paſtorem, prolis multiplicis patrem, & Karum ſedecim liberorum, qvi ephebos exceſſerunt, parentem, ê qvorum numero Sæmundus fuit paræciæ Glömbæenſis per 44 annos ſacerdos. Mater Jonæ Ingveldarſtadenſis Thorunna fuit Gisli Arnæi filia: Arnæqve cognomine Gull (ɔ: auri) ex filio Thorbiörno proneptis. Aurei autem, qvod Arnæ inditum eſt, cognominis, hæc fuit occaſio, qvod poſt aliqvantulam in Anglia manſionem, redux ingentem vim auri apportaverit. Frater Thorunnæ Arnas multas filias habuit. Poſſidebat ille villam Kimbaſtade Sæmundarhlidenſem, ubi diu habitavit, Chriſtinæ Jonææ, Enaris Oddii neptis maritus. Mater Thorunnæ Groa fuit filia Asgrimi Sigmundii, qvi ex tribu Steingrimsfiördenſi, in Islandia occidentali in Skagafiördum cum uxore Sigrida poſt peſtem poſteriorem commigravit. Fuit Jonas compactiore qvam proceriore ſtatura, ingenio miti, nec ad iram facili. Puer adhuc patre orbatus, hyeme qvadam cum viris piſcatum euntibus, in auſtralem Islandiam, pedes ſe contulit, atqve ſolus ad amnes Ellida ár dictos a comitibus relictus, in pagum Seltiarnarneſenſem vagatus eſt, ubi amitam Gudrunam Ormi filiam, tum temporis viduam, ibidem habitantem offendit, a qva receptus, ibi ſe ad maturam uſqve ætatem

arsonar Sigurdssonar. Jón hafde opt mikenn byr hiá donskum á Bessastodum. Eitt sinn um vor kom hann til Bessastada, þá het umbodsmadur þar Eirekur Jacobsson, þeir drucku til samanns, geck Jón út, og þá aptur innkom, mællte Erekur: sit nú enn hiá mer um stund Jón Titlíngur. Jón geck ad bordum, og sló hann lodríng all óþeckeleganu, og mællte so: se eg titlíngur, og skalltu fá titlíngsslag. Tveir voru menn med Jóne nordlendsker í stofunne, og hlupu þeir til hanns, þar voru og fim̃ útlendsker menn inne. Eirikur sat og þagde um stund, og mællte sídan: O du Jon tører du at slaa Kongens Fovet her udi hans Stue? Þá sagde Jón: þú hefur sed ad titlíngurenn flýgur opt so hátt sem ornen. Nú Jón, sagde Eirekur, sit upp og dreckum til samans, sættuz þeir so. [máske Jón hafe mátt láta til nockud sídar ad smyria kinnena med.] Af þessum Jóne er fleira ad skrifa, vil þad her ei allt innsetia. Þá Jón var andadur um vored, fór til Ingvelldastada Jón Jónsson logmadur frá Þíngeyrum, og sagde Jón hefde beded sig um veturenn, ad taka ad ser konu, born, og penínga, ef hann ei aptur kæme ad sunnan. Jón logmadur tók þar fe allt lítt virdt, fyrst 20 Hundrud sem Gudrún skyllde ega, (til umbods), og eingenn 30 Hundrada betre. 6 voru born, 3 syner, og 3 dætur, var so tilláted, ad 14 Hundrud fenge hver sonur, og 7 hver dótter, (ei komu þar oll kurl til grafar.) Jón logmadur tók 4 bornenn, kom einu á Sigurd bródur sinn á Reynestad, og fór Biorn þángad þetta sama vor, og var þá 8 vetra gamall.

Kóng Friderichs 2. bref útgengur, ad Mandatsbref sem útgánge halldez vid magt, og sekter vidlagdar. Kóng Fride-

continuit. Tum priores revisit lares, ubi uxore ducta Gudruna Ketilli filiâ, Ingemundiqve Sigurdii Kiötensis nepte, prædium Ingveldarstade occupavit, ubi multam bonorum mobilium copiam corrasit. Faventes sæpe sibi habuit Danos Bessastadenses, qvo cum verê qvodam venisset, inter pocula cum qvæstore regio Erico Jacobæo exhausta, forte egressus est, reversoqve modo Ericus, aliqvantisper, inqvit, mecum sede Jona passercule! ille mensam accedens inflicto compotori gravi colapho regessit: si passerculus sum, ictum passerculi experieris. Præsentes in triclinio, præter qvinqve Danos, duo, qvi Jonam comitabantur, Islandi boreales accurrunt. Ericus autem post paucillum silentium; *Audes, inqvit, o Jona! qvæstorem regium in domo propria verberare?* cui ille, vidisti, respondit, passerculum æqve ac aqvilam, in altum se extollere. Regessit Ericus, bene, confide, compotemus! Dictum factum, omnia ad amicitiam componuntur. (Forsan Jonas postea remedium, qvo gena demulceretur, subministravit.) De hoc ipso Jona, qvamvis multa referri possint, omnia heic inserere supersedemus. Ipso defuncto, Jonas Jonæus nomophylax Thingöris Ingveldarstadium profectus, Jonam ante discessum suum, suæ tutelæ uxorem, liberos & pecunias, si non rediret, commisisse, asseruit. Singulas igitur inde pecunias, vilî admodum pretio æstimatas, secum avexit, primo viginti, qvi portionem Gudrunæ constituerunt, asses, triginta plenissimis non secundos; Ex reliqva bonorum parte inter sex liberos, tres nempe filios, totidemqve filias divisa, illorum singulis 14, harum vero 7 asses obtigerunt. (Non omnia inventa in solis mensa sunt posita.) Ipse nomophylax, assumtis in propriam tutelam qvatuor liberorum, qvintum, nempe Biörnum tum temporis octennem, fratri Sigurdo Reinestadensi eodem verê demanda-

rich inntekst í riddara ordu í Englande, af Elizabeth drottníngu, fyrer sína legata. Rasmus Lætus deyr. Dr. Jens Skelderup deÿr til Biorgvin, í hanns stad kemur Andres Foss. Fridur millum Polen og Moscoviten. Kóng Stephan af Polen giorer samband vid hertoga Magnús af Moscovien, og fær allt Lífland innteked. Gregorius 13 lætur úthrópa þad nýa Calendarium, tók nú páva tign. Printzen af Uranien verdur skotenn af einum Sponskum, enn verdur heill aptur. Keysare Rúdolph annar, helldur sinn fyrsta herradag til Augsburg.

Anno 1583 Johan Buchhollt samt hyrdstióre. Þórdur og Jón Jónsson, lögmenn. (Skiptapar tveir á Þorkotlustodum í Grindavík, annad skiped ætlade ad hiálpa hinu, á bádum þeim skipum voru 25 menn, komz eingenn af. O. E. S.]

Sterk edur stríd pest í Danmork, þá deÿde í Kaupenhafn 9000 manna; í Málmey 700; í Helsingiaeyre 1200. Bænadagur þar þann 18. 19. 20. Novembris. Hertoge Hanns fæddur til Haderslе 26 Júlii, sem deÿde í Moscow 1602. Hertoge Magnús kóng Christians 3dia son deyde í Líflande 13 Martii. Oeiníng millum kóngsens af Danmork, Líbskum og Rostockurum stillez.

Anno 1584 landskiálfte mikell á Islande. Let sá virduglege Herra og vellærde biskup Gudbrandur prenta bibliu *) á Islendsku, naudsynlegt verk og kostnadar samt.

Hertoge Christian 4de útvalenn til kóngs í Danmork, 7 ára gamall. Hr. Jorgen Lyche deyr. Gvilhelm páve annar.

*) á Islande.

vit. Fridericus 2us edictum edit, subditos ad obseqvium mandatis regiis exhibendum, minis puniendæ deflexionis obstringens. Idem rex Fridericus in ordinem eqvestrem ab Angliæ reginâ Elizabetha per legatos admittitur. Erasmus Lætus obiit. Doctori Jano Skilderupio Bergis defuncto, Andreas Fossius successit. Pax inter Poloniam & Moscoviam. Stephanus Poloniæ rex fædus cum Magnò duce Moscovitico pactus, totam occupat Livoniam. Gregorius 13us novum calendarium promulgavit, ad dignitatem papalem jam evectus. Princeps Uraniæ Hispani cujusdam jactu læsus, iterum convaluit. Imperator Rudolphus 2us prima comitia Augustæ habuit.

Anno 1583 Jonas Bucholtus adhuc præfecturâ fungitur; Judicum vero provincialium officiis Jonas Jonæus atqve Theodorus. (Duæ prope prædium Thorkötlustadense, ad portum Grindavicensem situm, naves periêre, qvarum altera prius intereunti suppetias latura, eôdem absorbta est gurgite, cum utrâqve omnes invecti nautæ numero 25 simul interiére. O. E.) Sævissima pestis per Daniam grassata, Havniæ 9000 homines exstinxit, in Malmogiâ 700, atqve Helsingôræ 1200, ubi 18 19 & 20 Novembris dies precibus fundendis fuerunt consecratæ. Dux Johannes natus Haderslebiæ die 26ta Julii, in Moscovia anno 1602 obiit; Dux Magnus regis Christiani 3ii filius, in Livonia die 13tio Martii decessit. Diffidium inter regem Daniæ, Lubecosqve & Rostochos componitur.

Anno 1584 ingens in Islandia terræ motus contigit. Eruditi laudeqve dignissimi episcopi, domini Gudbrandi curâ & studiô, biblia Islandica typis excuduntur, opus summe necessarium & sumtuosum. Dux Christianus qvartus, septem annos natus, ad regnum Daniæ eligitur. Dominus Georgius Lychius obiit. Gvilhelmus 2us fuit papa. Anglus qvidam re-

Einn Engelskur leynelega med svikum sat um drottnínguna á Englande, af Jesuítum þar til eggiadur, ad þeir kynne ad innsetia þá Skotsku drottníng Mariam í hennar stad, enn þesse skálkaraskapur vard uppvís, og leid hann sitt straff. [J Oslo í Norege sáz teikn á sólunne, innan í sólunne madur síd klæddur, standande á knjám, og fórnade høndum til himna, hiá hønum tveir vender, sinn á hveria hlid, ad sólunne komande adrer 4 vender, sinn úr hverre hofudátt, austre, sudre, vestre og nordre. O. E. S.]

Anno 1585 deyde sú ehrusama kvinna Halldóra Arnadóttzer ad Hólum, hustrú Hr. Gudbrands biskups, áttu epter einn son Pál, og dætur 2, Halldóru sem ei audnadez giftumál, og Christínu.

Dr. Claus Hanener Græcus professor í Skáneÿ nidurfell í einn brunn, og þar aumlega deÿde hann 16 Maii. J hanns stad kom Meistare Christian Michelsen, og epter hann Dr. Andres Kraghe. Kóng Friderich annar sigler med einn skipsflota til Bahús í Norege. Jóhan Adolph verdur biskup til Bremen. Gregorius páve deÿr sá 13de. Sixtus páve fimte í hanns stad.

Anno 1586 sótt á Jslande. A Marteins voku sáuz 3 túngl á himne, med einum stórum rosabaug, og geck eitt bellte ígegnum oll þriú, sídan komu adrer smáer rosabaugar í kríngum túngled, so ad lite nærre sem regnboge; sá ÿdste á þeim var græn, sá annar blár, þridie raudgulur, sem var sá inste, og því næst var hvítt í kríngum siálft tungled. Þenna vetur skede sá undarlege tilburdur á Hólum í Hialltadal, ad einn uppvartarmadur Vigfús ad nafne, sonur Sra Jóns, sem kalladur var Prinne, af Sigluneſe, hver vered hafde í skóla, en þá

ginæ Anglicæ, hortatu Jesuitarum, qvi Mariam Scotiæ reginam ipsi erant substituturi, dolose insidians, deprehenso ante maturationem flagitio, pæna plectitur. (Asloæ Norvagorum prodigium in sole apparuit, in mediâ solis flammâ, forma viri prolixâ veste induti, flexisqve genubus, manus in altum tendentis; ad utrumqve latus virgam habuit, præter qvas aliæ qvatuor ex singulis cæli cardinibus, orientali, merediano, occidentali & septentrionali, solem versus porrigebantur.

Anno 1585 obiit Holis matrona venerabilis Helga Arnæ filia, domini episcopi Gudbrandi conjux, filio Paulo, binisqve filiabus, Haltorâ nempe, qvæ innupta decessit, & Christina relictis. Doctor Olaus Hanenerus, Græcus professor in Scandia, in puteum delapsus, diê Maii 16ta misere decessit. Illi Magister Christianus Michelsonius, & deniqve huic Dr. Andreas Kragius successit. Rex Fridericus Bahusiam Norvegicam classe petit. Johannes Adolphus episcopatum Bremensem nanciscitur. Gregorius 13. papa decessit, succesfit autem Sixtus qvintus.

Anno 1586 Islandia morbo epidemico obnoxia. Apparuit in cælo, vigilia Martini triplex paraselene, spatioso halone circumdata, & zona per singulas lunas continue transeunte, invicem connexa, principem autem lunam, minores ambierunt halones, iridem propemodum referentes, qvorum extremus viridem præ se tulit colorem, medius cæruleum, tertius autem, qvi lunæ erat proximus, rutilum; tandem hunc ab ipsa luna candidum intervallum distinxit. Hac hyeme insolens malum Holis Hialtadalensium contigit, ubi adolescens qvidam Vigfusus, domini Jonæ cognomine Prinni Siglunesensis filius, qvi scholæ interfuerat, jam ad officinam typographicam constitutus, se ipsum funiculô cannabinô in templo

skickadur í prenthús, hengde sig siálfur í snære, í Hólakyrkiu hiá alltarenu. Biskup Hr. Gudbrandur fann hann siálfur fyrstur manna, því hann hafde þar nærre ser í snoruna komed, sem biskup var vanur ad giora sína bæn kvölld og morgna. Leitade Magnús *) Henníngsson §] Grænlands, kom í Hafner her sudur, fann laudsmenn enga. Vegenn Ingemundur Jónsson under Jokle, [illegible] víg kent Arnóre Arnasyne, og Gudmunde Sturlasyne, kom þad til Alþínges í 12 manna dóm, villde Gvendur ei kennaz um neitt, honum dæmdur tylftar eydur, ad hann hefde enga atvist veitt ad skemma edur særa Ingemund, þá hann var vegenn, med fleirum greinum, sem sá dómur hlióðar. Arnor medkendez ad hann hefde veitt Ingemunde nockrar ákomur; dæmdu þeir Arnór útlægann til kóngsens, og skyllde flytiaz af landenu, epter ráde lögmanns og sýsslumans, og yrde hann ílendur, skyllde hann svara fullum bótum erfíngium hinns vegna, epter því sem sá være madur til er vegenn var, og so þegnbætur, utan Gudmundur felle á eydenum, þá skyllde Arnor giallda hálft þegngillde, enn ei meir.

Kóng Friderich reiser til Luneborg, hvar kiörfurstarner af Saxen og Brandenborg, med ödrum furstum voru samankomner. Hertug §§) Albert í Holstein deyr 1 Octobris. Elizabeth móder drottníng Sophiu dó 15 Octobris. Hertoge Augustus kiorfurste, og kóng Stephanus í Polen deya. Kóngur í Persien berst móte Tirkianum í tvo daga, og vinnur mikenn sigur. Frans Draco inntók frá Sponskum Hispaniolam, og Cartagenam. Nockrer af adlenum í Englande, sátu leynelega um drottnínguna, þó forgefens, og straffaz tilbærelega. I

*] Henisson. §] Grænalands.
§§] Adolph.

juxta aram ſuſpenderet. Primus illum invenit ipſe epiſcopus Gudbrandus; elegerat enim loco, ubi epiſcopus mane & veſperi orare ſolebat, vicinus pendere. Magnus*] Hemmingius, inter qværendam §] Grönlandiam, in Hafnas auſtralis Islandiæ oram delatus, neminem indigenarum convenit. Ingemundus Jonæus in toparchia Snæfellsneſenſi occiditur, ſuſpicione cædis in Arnorem Arnæum, & Gudmundum Sturlæum conjecta, qvæ cauſa in foro generali duodecim virorum judicio ſubjicitur. Gudmundô ne minimum qvidem confitente injungitur, ut duodecim virorum jure jurando caveat ſe Ingemundo, cum occideretur, vulnerando non admoviſſe manus, præter plures iſtius ſententiæ periodos. Confeſſus autem Arnor ſe Ingemundo aliqvot inflixiſſe vulnera, exilio ad arbitrium regis perferendó damnatur, ad judicum tam ſuperioris qvam inferioris fori ſententiam ex Islandia evehendus; ſi vero veniam in patriâ manendi impetraverit, plena ipſi pro æſtimatione occiſi, ipſius hæredibus, regiqve pro nece ſubditi, ſatisfactio præſtanda fuit, cæterum ſi Gudmundus ſacramentô defungi non potuerit, dimidia tantum mulctæ regi ſolvendæ pars Arnori fuit expendenda. Rex Fridericus Luneburgum proficiſcitur, ubi electores Saxoniæ & Brandeburgi cum aliis Dynaſtis convenerant. †] Albertus Holſatiæ dux kalendis Octobris deceſſit, ejusdem menſis ipſis idibus obiit Elizabetha Sophiæ reginæ mater. Fatalis itidem hic annus fuit electori Auguſto, Stephanoqve Poloniæ regi. Rex Perſiæ prælio cum Turcis per integrum biduum geſtô, inſignem reportavit victoriam. Franciſcus Draco Hiſpanis Hiſpaniolam, & Cartagenam eripuit. Nonnulli ex Anglicâ nobilitatê propriæ imperatrici dolo fruſtraneo inſidiantes,

*] Heniſſonius. §] Grænlandiam. †] Adolphus

sonn sok drógst drottningen af Skotlande, en hún þrætte þar fyrer.

Anno 1587 var víg unned á Stad í Grindavík. Í Selvoge rak undan 2 áttæringa, skírdag, med 24 mounum, hvar af 4 kómuz lífs, komuz þá vedrenu slotade fyrer utan Herdísarvík. Einn af þeim ráfade í burt, og fannz ei aptur. marger lágu dauder í skipunum. Deyde Hr. Gísle Jónsson biskup í Skálhóllte, á Gordum á Alftanese. Þad sama ár deyde og Arne bónde Gíslason á Hlídarenda. [Hr. Gísle Jónsson andadez í Gordum á Alftanese, í sinne Visitatiu, var alljafnt á fótum, enn þó veikur af elle, hafde þó hvern dag sínar dagleider, so sem hann hafde áset. Þann dag sem hann andadez, geck hann til kyrkiu, og let lesa fyrer ser einn Capitula í bibliunne epter vana, þar epter kvartade hann um ad ser være flokurt, geck sídan med Síra Jóne Krákssyne, sem þá hellt Gardastad til Badstofu; sat þar litla stund, var honum þá bored varmt vín, hvert hann medtók, seig þá ad honum líteleike, so hann fell í ómegenn, so var hann strax studdur til hvílu, og lagdez fyrer, talade fátt úr því og andadez hægt skommu fyrer hádege, þann 30 Augusti. Epter 2 nætur var líkame hanns fluttur fyrstu dagleid til sudur Reykia, adra ad Þíngvollum, þridiu í Skálhollt, med miklu fiolmenne hanns vina og kunníngia, var jardadur rett fram undan predikunarstólnum, hann var þá 74 ára gamall. Þad haust sem Hr. Gísle dó, var vegenn á Stad í Grindavík Ingemundur, Hákonarson. Helge Ulfhedenson líste því víge á sig, var Helge so miog skiemdur ad hann lá máttlaus, þá bartskerenn sem sóktur var frá Bessastodum M. Hans Þyskur kom til hanns. Atte Helge hendur sínar ad veria, hann var mikel menne, enn

meritas pænas dederunt. Particeps sceleris regina Scotiæ culpam inficias eundo, â se removit.

Anno 1587 homicidium Stadi, qvod Grindavichæ est prædium, patratur. Octoremes duæ viris 24 instructæ, ad cedendum impetui tempestatis, orasqve Selvogenses die Jovis festum pascatos proxime præcedente, relinqvendas cogebantur, cujus 4 tantum itineris socii, ventis defatigatis, littus boreale, non procul ab Herdisarvichâ, vivi demum attigerunt, unus vero cæteros vacillando deferens ab investigantibus nunqvam exinde conspicitur, in navibus haud paucis enectis. Episcopus Schalholtiæ dominus Gislus Jonæ Gardis Alftanasensium moritur, cujus fati, annus iste Arnam Gislavi filium Hlidarendensem redidit consortem. [Inter visitandum Gardis Alftanesensium dominus Gislus Jonæus fato fungitur, qvi etiam si qvotidiè iter propositum pergeret, morbo tamen solito senectutis comite laboraverat. Die mortis nuntio adveniente, caput qvoddam, prout mos erat, scripturæ sacræ coram se recitari curavit, qvô finito, nauseosos paroxismos se pati confessus est, unde eo tempore pastorem loci Jonam Kraki filium in conclave calidius seqvutus aliqvantisper ibidem commorabatur. Calefacto deinde vino vires ejus reficere studebant adstantes, qvo assumto, qvasi exanimis ab iisdem in lectum deducitur, ubi pauca abhinc locutus, die 30 Augusti, paulo ante horam meridianam, lentè obdormiit, annos 74 natus. Elapso inde biduo cadaver prima die Sudurreyκos, altera Thingvallos, tertia vero Schalholtiam, magna amicorum cohorte comitante, deportatur, intraqve templum ante suggestum sepulcro mandatur. Eodem autumno, qvô obiit dominus Gislavus, Stadi in Grindavichâ Ingemundus Haqvini filius occiditur, cujus homicidii se reum fuisse Helgo Ulfhedinus palam agnoscit, qvi

Ingemundur kom uppá hann í kyrkiunne, og manade hann út, og uppá sig, hvad Helge þolde ei. Enn ecke var í kyrkiunne hiá honum nema presturenn Sr. Jón, sem þá helt Stad, hañ vilde aftra Helga enn rede ecke vid hann. Biorn Sturla son mágur Helga var gengenn inn í bæ, so Helge hlióp út slippur, Ingemundur hafde sett sinn kordahníf fyrer utan kyrkiugardenn, hió uppá Helga, so hann feck mikid sár í hofuded, annad á hondena, þridia á handleggenn, enn Helge var þad karlmenne ad hann tók knífen af Ingemunde, og hió hann eitt hogg í hofuded, so hann fell á knie, þá kom Biorn Sturlason ad, og var sogn manna, ad hann munde þar hafa á bætt, lifde Ingemundur mest 2 edur þriar nætur epter. Biorn siglde fyrer þetta málefne, enn Helge bar sín orkumsl til daudans. O. E. S.]

Drógz ein síld í Vikenne í Norege, med undarlegum bókstofum, hvar um ad vóru adskilianlegar meiníngar, enn Norsker segia bodad hafe þurd þeirrar miklu síldar veide, sem skede áred epter, so ad morg skip [100] fóru þadan forgefens, og þetta hafe komed til af ógudlegu athæfe, þar sú gáfa var frátekenn. I Schanderborg hefur hertoge Matthias, bróder keisara Rúdolfs, sem sídan í hanns stad keisare vard, talad vid kóng Friderich. Drottníng Maria í Schotlande, moder Jacobs kóngs epter 18 ára fángelse hálshoggvenn, í Englande 8 Februarii. 6000 Þýsker *) deydder í Frankaríke. Geldern inntekenn af Sponskum. Sigismundus í Svíaríke, valenn til kóngs í Pólen, 22 Augusti, og krýndur 27 Decembris.

*) Þýsker riddarar.

tantas acceperat plagas, ut, adveniente per vocationem chirurgô Bessastadensi M. Johannê natione Germanô, vires planê defecissent. Ad resistendum necessario coactus fuerat Helgo, vir valde robustus, invaserat enim instimulaveratqve eum Ingemundus, in templo solum, si exceperis Jonam eo tempore loci pastorem, qvi impedire, licet frustra, hunc conatus est, constitutum. Biörnus Sturlusonius affinitate junctus Helgoni, ædes ingressus fuerat, qvare inermis prorsus Helgo excurrebat, Ingemundus autem extra cæmiterium sicam deposuerat, qvâ capiti Helgonis vulnus plus qvam mediocre, alterum manui, tertiumqve brachio inflixit, sed dum res ita agebatur, manibus inimici eandem fortiter sicam eripuit Helgo, ictuqve unico, qvô caput infestavit, tantum effecit, ut hostis protinus in genua procideret. Ultimam, ut fertur, adveniens Biorno Sturlæ filius operi huic manum adhibuit, abhinc enim non nisi biduum tridumve vixit Ingemundus. O. E.] In Vichâ sic dictâ, qvæ pars est Norvagiæ, clupea, literis mirandum in modum concinnatis exarata, hamô capiebatur, de qvâ variæ conjecturæ, Norvegi autem subseqventis anni magnum istum clupearum capturæ defectum, eandem prædixisse dicunt, qvi multarum navium [100] frustranei reditus causa extitit, adscribentes simul impietati civium hanc divinæ benedictionis subtractionem. Schanderburgi dux Matthias, frater successorqve cæsaris Rudolphi, cum rege Friderico locutus est. Maria regina Scotiæ mater regis Jacobi, postqvam in custodia per annos 18 detenta fuerat, die octavo Februarii in Anglia obtruncatur. 6000 *) Germanorum in Galliä morte mactantur. Geldria ab Hispanis occupatur. Sigismundus in Svecia electus die 22 Augusti, die 27 Decembris coronatur.

*] Germanorum eqvitum.

Anno 1588 var Oddur Einarsson skólameistare á Hólum, útvalenn ad vera biskup í Skálhollte, og fer utan. Mannskade af vermonnum á Tvídægru, dóu 13, enn marger orkumlader á hondum og fótum, sagt hefur vered ad fleire hafe dáed. Drucknun Síra Hiallta af Fagranese á Reykiastrend, þar á fyrdenum, og annara 4ra manna Þórláksdag fyrer jól. [Var á Alþinge kiorenn til biskups Oddur Einarsson, hver uppalinn var í Þíngeyar þínge, hiá fodur sínum Sira Einare Sigurdssyne, sóknapreste fyrst til Mývatns, og sídar á Nese í Adalreykiadal, var nockur ár í Hólaskóla, sigldе og stúderade lenge utanlands í Kaupenhafnar háskóla. Vard Baccalaureus og Vicepræpositus á klaustre, lærde og so hiá Tycho Brahe, haldenn á þeim dogum vellærdur madur, í túngumálum, og Astronomia, var sídar 2 ár Rector í Hólaskóla, fór utan á þessu sumre, og ordineradur til biskups, af biskupenum í Sælande Dr. Pále Matzsyne.

Sáz ein mikel cometa í Þýskalande, og Frankaríke, í Júlio mánude. Þá vóx einum sex vetra gomlum pillte í Nidursaxlande Jaxl af gulle. J Frankaríke var einn kolamadur, hverium ad vóx eitt svart horn rett fram úr hofdenu, hann het Franciscus, var fluttur umkríng í landenu til sýnes. Til Speyr var ein stúlka Margret ad nafne, sem lifde 2 ár án nockrar fædu. Onnur het Catarina, er í 7 ár lifde án alls matar og dryckiar. O. E. S.] Kóng Friderich sá annar deyr gudlega og hægt á slotenu Antverskow í Sælande, þann 4da Aprilis. Nyar Disputatiur forbiódaz af þeim 4 regerande herrum, og befalaz ad predikez og kennez epter þeirre H. Skrift, og Ausburgisku Confessíon. Þeir lærdu spádu um þetta ár, ad annadhvert

Anno 1588 rector Holanus Oddus Enari filius ad episcopatum Schalholtiæ subeundum electus, peregre proficiscitur. Viri 13, & ut nonnulli ajunt, plures, qvi capturæ piscium se destinaverant, montem Tvidægru permeantes fatis concessere, manibus pedibusqve multorum superstitum insuper frigore læsis. Die Thorlacii festum Nativitatis præcedente, pastor Hialtius, qvi prædium Fagranes in tribu Reykiaströnd situm inhabitavit, unacum qvatuor comitibus adjacentis sinus undis submergitur. (Eligitur ad episcopatum Oddus Enari filius, qvi apud patrem pastorem primò Myvatnensem, postea vero templi Nesensis in tribu Adalreykiadal, qvæ in toparchia Thingöensi sita est, Enarem Sigurdi filium in toparchia Thingöensi, educatus, scholæqve Holanæ per aliqvot annos mancipatus, postea musas academiæ Havniensis diu coluit, qvæ præmii loco Baccalaureo creato antipræpositi officium communitatis regiæ distribuerunt, inter doctiores deinceps, qvi lingvis & astronomiæ operam dederant, synchronos numeratus, utpote Tychonis Brahe discipulus, rectoratum Holanum per biennium administravit. Præsenti autem æstate, cum eundem deposuisset, peregre profectus ab episcopo Sælandiæ Doctore Paulo Matzii filio supra memorato, officio inauguratus. Mense Julii Germanis Gallisqve ingens apparuit cometes. Puerum qvendam sex annos natum, in Saxonia inferiori, aureus dens molaris nempe, gingivæ increscendo notabilem reddidit. Spectatum in Gallia carbonarius qvidam nomine Franciscus circumferebatur, cujus frontem ipsissima natura nigro cornu notaverat. Spiræ puellæ duæ qvarum prior Margareta, per integrum biennium, posterior autem Catarina, septennium, absqve ullo alimento sustentantur. O. E.] Rex Fridericus secundus, die qvarto Aprilis Anderskovi, qvæ arx Sælandiæ est, pie

munde verolldenn forgánga, ellegar ſkede ſtór ſkade í Regimentunum. Sá Spanſke flote útbúenn ad inntaka England, ſettez elldur á í þeirre hofn Euleto, af ſtorme, og Engelſkre magt ríngluduz, ſá komuz gegnum Skotland og Irland til Galiciam aptur. Eitt ſtórt Spanſkt ſkip, med margt fólk á, ſem komz frá þeim Engelſku heilt og halldgott, til Kárſund í Norege, gefed frí af þeim 4 regerande herrum.

Anno 1589 vígdur Oddur Einarsſon biſkup, kom út í Seilu ſudur, med hyrdſtióranum Lauritz Kraſſ, litlu fyrer Alþíng, reid nordur í land um ſumared, og var her áred. grasſumar miked. Þann vetur ſat Oddur biſkup fyrſt í Skálhollte, þá brunnu þar meſt óll heyenn. [Kom út aptur Oddur Einarsſon biſkup, med hyrdſtióranum Lauritz Kraſſ, fyrer Alþíng, reid med honum uppá þíng, viſiterade um ſumared auſtfiordu, reid þá fyrſt nordur til Hóla, til fundar vid Hr. Gudbrand, hver þá giorde ágæta veitſlu móte honum, bundu þeir biſkuparner trigd og vináttu ſín á mille, ſem og helſt vel um þeirra daga, var þá og komenn til Hóla fader Hr. Odds Síra Einar Sigurdsſon. Þadann reid Hr. Oddur med fodur ſínum, nordur ad Neſe, þá var Síra Sigurdur ſammæddur Hr. Odds bróder, giftur Ingunne, og átte vid henne eitt barn, og epter bode Hr. Odds fór Síra Einar Sigurdsſon, med

placideqve mortem occubuit. Qvatuor regni Danici admiſtratores novas diſputationes prohibent, demandantqve ſimul, ut ad normam ſcripturæ ſacræ & Confeſſionis Auguſtanæ verbum Dei doceatur, & prædicetur. De ingenti regiminum revolutione, qvæ hoc anno contingeret, ſi non ipſe mundus periret, vaticinati fuerant ſagaciores. Claſſis bellatoria Hispanorum, qvæ Angliam occuparet, præparatur, ſed cum aliqvot domus in portu Enleto abſumſiſſet igne, vi ventorum hoſtiumqve perturbatur, paucis navibus nempe, transnavigando per Scotiam Hiberniamqve in Gallæciam elapſis; Illæſæ autem, qvæ profecto magnæ molis erat, & multis militibus inſtructa, inſultus Anglorum evitando, oris Karſundi Norvagici appellenti, a qvatuor memoratis gubernatoribus tutò ire permittitur.

Anno 1589 præfecti Laurentii Kraſſi itineris ſocius inauguratus epiſcopus Enaris filius, cum paulo ante forum generale littoribus Seilæ navem appuliſſet, æſtaté eadem, qvæ graminibus prata largiter induebat, in borealem regionem eqvitando ſe contulit, annumqve hac in regionê trânsegit, iſtâ enim hyeme, qvâ tota ferme fæni collatio incendio ibidem deleta eſt, Schalholtiæ primo ſedit. (Reverſus in patriam Oddus Enaris filius epiſcopus, forum generale, qvod ſolenni formula non dum erat conſecratum, una cum præfecto Lauritzo Kraſſo, cujus comes in itinere fuerat, petiit, & ante qvàm orientalem epiſcopatus ſui partem æſtate eadem viſitaret, Holos, collegam dominum Gudbrandum, laute præparato convivio accipientem, allocuturus ſe contulit, ubi fædus amicitiæ, tam arcto vinculo ſancitur, præſente patre epiſcopi Oddi paſtore Enare Sigurdi filio, ut inviolabile, dum vixit uterqve, maneret. Inde Neſum concomitante patre boream verſus iter direxit, convenitqve ibidem paſtorem Sigurdum, qvi communem

seinne konu sinne Olufu Þórarensdóttur, med ollum sínum hóp, á samt Síra Sigurdur bróder hanns, med konu sinne og barne, og bródur hennar, alls 16 menn ad tolu, nordan yfer Vatnahialla, um hausted í Skálhollt, og kom þá skomu sídar Hr. Oddur heim úr sinne austfiarda Visitatiu, sat þesse fiolskylda þar um veturenn, og framveiges sídan. O. E. S.]

Ríked Danmork kónglaust, regeraz af 4 yferrádande herrum, Niels Kás, Petur Munk, Juren Rosenkrantz, Arild Hvitfeld. Dótter kóngs Friderichs 2. frú Anna, trúlofud kóng Jacob 6 í Skotlande, enn sem hún skyllde sigla til Skotlands, kom á mótbyr, rak til Noregs, og kóng Jacob 6 kom þangad til hennar 19 Novembris, og helldu sitt brullaup í Oslo, edur Opslo, þann 23 Novembris; sídan dró hann inn í Danmork, þar talade hann enn vid Sophiu módur sinnar Gemalh. Sama tíma sókte hann heim Tycho Brahe í Hven, og Dr. Niels Hemíngsson til Roskild, og vídar reiste hann um landed, hann hellt hús á Krúneborgar slote um veturenn, siglde um sumarmál til Skotlands, med sína brúde. Hún kryndez til drottníngar í Edenborg þann 17 May. Henrich 3die í Frankarike, af einum Dominicanter múnk stúngenn í sitt líf, med einum knífe, sem var eitradur, so hann deyde. Mordíngen af hofmonnum kóngsens feck morg sár, var drepenn, af hestum sundurrifenn, og brendur. Maximilianus Ertzhertoge af Austurríke, gefenn laus af sínu fángelse til Polen.

Anno 1590 geck bóla. Lauritz Kraß hyrdstióre siglde, hafde vered áred. Gengu þrætur og klogumál um iardernar

cum eodem matrem habuit, junctum tunc Ingunnæ matrimonio, ex qva unicam sobolem procreaverat. Autumno deinceps ineunte, juxta episcopi mandatum, pater, posteriorqve ejus uxor Olufa Thorarini filia cum tota familia, itemqve frater dominus Sigurdus istiusqve conjux unacum fratrê suo tesqva vulgó Vatnahiallos transeuntes, numero 16 Schalholtiam, ubi hanc hyemem, & qvod seqvebatur temporis, tota cohors transegit, migrarunt, redeunte paulo post domum ipso episcopo, qvi iter visitandi susceptum in orientalem Islandiæ partem, tunc ad finem perduxerat. O. E.] Regnum Daniæ, qvod rege vacavit, â qvatuor dominantibus nempe Nicolao Kaas, Petro Munk, Jurino Rosenkrantzio, & Arildo Hvitfeldo dirigitur. Anna filia regis Friderici 2di Jacobo Scotorum regi despondetur, sed cum mare trajiceret, infaustis ventis jactata navis, ad oras Norvegiæ propellitur, qvô etiam cum Sponsus die 19 Novembris ad eandem veniret, Osloæ sive Opsloæ die 23 ejusdem, solenniter nuptiæ celebratæ sunt. Navi deinceps in Daniam vectus, Sophiam adhuc conjugis matrem postqvam fuerat allocutus, ad insulam Hvenam, ubi erat Tycho Brahe, exindeqve Roskildiam, sedem Doctoris Nicolai Hemingii inter alia se conferebat. Hiberna isti heroi Coronæburgi erant, qvêis derelictis unacum Socia conjuge, circa æstatis initium in Scotiam navigio refertur, cui, die, 17 Maij Edinburgi reginæ creatæ, corona fuit imposita. Ordinis dominicalis monachus qvidam, Henrici 3tii regis Gallorum cultellum veneno tinctum, abdomini injicit, lethiferum qvod vulnus mors saucii seqvebatur, qvapropter & ipse nebulo, mediantibus defuncti aulicis, innumeris plagis læsus & ab eqvis dilaceratus, rogo ad ultimum conceditur. Maximilianus archidux Austriæ in Polonia e custodia liber dimissus est.

Anno 1590, Sæviit variolorum morbus, Præfectus Lauren-

Hól og Bessastade, mille Hr. Gudbrands, og þeirra brædra Marcúsar og Jóns Olafssona. Deyde Marcús bónde Olafsson í Heradsdal 46 ára, og var 6 ár sýsslumadur í Hegraneß þínge [fór Síra Einar Sigurdsson til Hvamms í nordurárdal í Borgarfyrde, og var þar prófastur 1 edur 2 ár. Sídañ fór hann austur ad Heydolum, J Breiddal, og var prófastur í Múlasýsslu, kom hann þángad um veturnætur, lagde Hr Oddur sonur hanns þá til leigur og inntekt af Biarnaness umbode, honum og hanns flocke til uppheldes. O S E]

Magnus Hemíngssonar lík, sem var hálshøggvenn fyrer Kaupenhavnar slote Anno 1589 þann 18 Januarii, uppgrafenn og heidarlega greftradur í *] Oezlekyrkiu til Výborg. Contractur mille kóngsens af Danmork og þeß Holsteinska adals. Kóngurenn af Navarren leggz um París, af hveriu umsátre ad var í París, ein hrædeleg dýrtíd. Hertoga Henrichs af Brunsvík brullaup med frú Elizabeth kóngs Friderichs dóttur, á Krúneborg 19da Aprílis **).

Anno 1591 hófz nauta daudenn og so hunda, um allt Ísland, og refa, og þad dó skyndelega, segia menn þad hlotez hafe af einum Engelskum hunde er drepenn var fyrer vestan. Drucknun þriggia manna af Reykiaströnd á Skagafyrde. Ovild og klogumál millum Jóns Jónssonar logmanns, og Hr. Gudbrands, bar þeim margt til misgreiníuga, sem finz í þeirra bref-

*] Oeslekyrkiu vid Wiborg.

**) Sixtus 5 deyr. Urbanns 7 utvalinn þann 15 Septembris og deyr þañ 27 Septembris. Gregorius 14 í hanns stad, þesser voru pávar.

tius Krassus annuam post moram, in exteras regiones se recepit. Litigia & controversiæ inter fratres Marcum Johannemqve Olavidas & episcopum Gudbrandum, de prædiis Hol & Bessastadis, exoriuntur. Marcus Olavi filius 46 annos natus qvi lares Heradsdali fovens, toparchiæ Hegranesensi per sexennium præfuerat, debitum naturæ reddidit. (Toparchiæ Borgarfiördensis præpositi officio deposito, qvod dum Hvammi in tribu Nordurárdal mansit, unum alterumve annum administravit, dominus Enarus Sigurdi filius, Heidalos, in valle Breiddal, intra orientalis episcopatus partis limites jacente, circa initium hyemis, simile munus in toparchia Mulensi susceptum, concessit, ubi ipse, & tota familia, liberalitate filii episcopi, reditu prædiorum Biarnanesensium, sustentatus est. O. E.) Cadaver Magni Hemingii qvi anno 1589. die 18 Januarii in ipsa platea regiæ arcis Havniensis decollatus erat, refossum intra templum Wiburgense *] Oezle dictum, solenniter denuo sepelitur. Rex Daniæ pactum cum nobilibus Holsatiæ contraxit. Lutetiam Parisiorum rex Navarræ obsidione cingit, cujus violenta fames effectus. Vici Brunonis dux Henrichus & principissa Elizabetha regis Friderici filia die 19 Aprilis Coronæburgi festum nuptiale communiter celebrarunt. **)

Anno 1591 violenta contagio bobus, canibus, vulpeculisqve mortem repentinam inferens, per totam regionem grassari cæpit, cæde canis, ut fertur, Anglicani, qvem occiderunt incolæ Islandiæ occidentales, in causa manente. Skagafiördensis sinus inhabitatores tres Reykiastrandæ fluctibus submerguntur. Inimicitia & controversiæ inter episcopum dominum

*] Intra templum Oesle dictum prope Wiburgum

**] Sixtus V. moritur. Urbanus VII. electus die 25 Septembr. moritur die 27. ejusdem cui Gregorius XIV succedit, hi erant papæ.

um hvers um sig. Hóls mál kemur til Alþínges; kemur út híngad bref Christians 4da útvalda hertoga, um jarda ábýle kóngsens og Crúnunnar, ad hver búe sem komenn være, og bygdez ei ut, so lenge er gyldu þad med rettu skylduger væru, og forbetrudu sem tilbære, underskrifad af þeim yfersettu ríkesens herrum. [Var brúdkaup Hr. Odds Einarssonar, og Helgu Jónsdóttur, Biornssonar frá Holltastodum um sumared, þar var biskupenn Hr. Gudbrandur hanns talsmadur, fader hanns og so marger hellstu menn. O. E. S.] Deyde sá virduglege hofdínge Magnús Jónsson ad Bæ á Raudasande, um hausted, vitur madur og vel ad ser í morgu, gódur þyskur, formætt skáld, var sýsslumadur yfer Bardastrandar sýsslu, hanns kvinna Ragneidur Eggertsdótter Hannessonar hyrdstióra *).

Christian 4de valenn til kóngs í Opslo þann 8da Júnii Herramót vid Landamære í Hollande, af Svenskum og Donskum, þann 10 Augusti. Drottníngarennar af Englande streingeleg befalíng mót Jesuitum. Fridstillíng millum Polen og Tyrkia. Greife Mauritz vann eina herlega sigurvinningu á Sponskum. Kóngurenn af Navarien gyrnez hiálp af drottníngunne í Englande, og nockrum fyrstum í Þýskalande, fær

*) Lagde ut Rhetoricam, Dialecticam, og marga Ordskvidu. Hefur ordt 13 Pontus Rimur. Epterlet 6 dætur og 5 syne, af hønnm mikid Afsprenge er komed allmørgum. Deyde sá gudhrædde kennemann Síra Jón Einarsson ad Reykholte, og profastur sama herads, á áre sins aldurs 78. Hans qvinna Gudridur Sigurdardótter deyde fám døgum sídar. Síra Jón var broder Hr. Gissurs, Þorláks, og Síra Halldórs Einarssona, var fyrst prestur í Gørdum á Akranese nockur ór, tók sídan Reykholt Anno 1569 Mag. B. S.]

Gudbrandum & Jonam nomophylacem Jonæ filium obortæ, qvarum diversi generis fomes, cujus in ipsis epistolis partis utriusqve litigantis expressa mentio fit, coalescunt. Contentio de prædio Hol ad judices fori generalis etiam hoc anno perducitur. Diploma, subscriptis procerum regni nominibus, qvibus ista cura erat demandata, electus dux Christianus qvartus, notum fecit Islandis, qvo jubetur, ut fundos regios tuto inhabitent subditi tamdiu, qvamdiu onera debita solvant & ad normam præscriptam eosdem restaurare perseverent. [Interfuit hac æstate nuptiis episcopi Oddi Enaris filii & Helgæ filiæ Jonæ nati Biörnonis Holtastadensis, Stans a partibus sponsi dominus Gudbrandus, accumbente simul patre, pluribusqve majoris momenti familiis. O. E.) Junctus matrimonio Ragneidæ Eggerhardi Johannis præfecti filiæ toparchiæ Bardastrandensis præfectus, Magnus Jonæ, qvi Bæi in Raudasando rem familiarem administraverat, vir optimæ notæ, eximius pöeta, scientiarumqve & præsertim lingvæ Germanicæ apprimè gnarus, autumno præsenti fatis concessit. *) Opsloæ die octavo Junii populi homagio Christianus 4. rex salutatur. Magnates Sveciæ & Daniæ in Hallandia regnorum confinio con-

*] [Exposuit hic Rhetoricam & Dialecticam, una cum proverbiis haud paucis. Reliqvit is sui monumenta carmen de heroe Ponto, in tredecim libros (nobis Rímur) distinctum, nec non filias sex cum filiis qvinqve, qvorum numerosa progenies. Moritur vir pius Jonas Einarsonius pastor Reykholtensis, & per eundem (Borgfiördensem) tractum ecclesiarum præpositus, annum agens 78. Uxore Gudruna Sigurdi filia paucis post diebus maritum seqvente. Erat hic domini (episc) Gissuris frater, Thorlaci, & pastoris Halltori Einaris filiorum, egeratqve primum in Akranesia aliqvot annis pastorem Gàrdensem, inde anno 1569. Reykholtum translatus Mag. B. S.]

hennar. Lofar þeim í Frankaríke ad hallda þeirra Catholísku trú. Kóngurenn af Navarien bannsetz af páfanum, hver bannsetníng casseraſt af þeim Dominis, á herradege til Thuron. Hertoge Christian chúrfurst í Saxen deyr. Gregorius páve deyr. Innocentius 9de valen 17 Octobris, deyr þann 29 Decembris.

venerunt die 10 Augusti. Edictum contra sectam Jesuiticam [ne in regnum admitteretur] magna cum auctoritate a regina Angliæ divulgatur. Pax inter Turcas & Polonos. Comes Mauritius, honore suo dignam, ab Hispanis victoriam reportat. Postulatum a regina Angliæ & principibus aliqvot Germaniæ auxilium rex Navarræ nanciscitur, permittens Gallis ut Catholicam suam religionem asservent. Idem a Pontifice Romano excommunicatione adstrictus, a dominis in solenni conventu Turonensi ex eadem rursus solvitur. Dux & elector Saxoniæ Christianus, Gregoriusqve papa fato funguntur, cujus Innocentius 9us. die 29 Decembris, electus paulo ante scilicet 17 Octobris, sortis similiter consors factus est.

